Eur.
330
b

Digitized by Google

Eur 330 b

Goldschmidt

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

DE

LIGA EVANGELICA

ANNI MDCXXV.

SCRIPSIT

PAULUS GOLDSCHMIDT,

DR. PHIL.

BEROLINI

APUD E. S. MITTLERUM ET FILIUM.

—

1864.

Digitized by Google

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

BEROLINI, TYPIS EXPRESSIT GUSTAVUS SCHADE.

Digitized by Google

JOANNI GUSTAVO DROYSEN

PRAECEPTORI PIE COLENDO

SACRUM.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRAEFATIO.

Qui factum sit, ut, cum primis septimi decimi saeculi decenniis potestas utriusque domus Habsburgicae orbem terrarum occupatura esset, reliquae civitates sese consociare non possent, accuratius perscrutari operae pretium esse videatur. Non ignoramus quidem, quantopere ceteroqui aulae Madridensis et Viennensis, imperator et principes catholici in Germania inter se dissederint, nec reconditae causae politicae nos fugiunt, ex quibus hoc dissidium fluxerit. Rebus autem evangelicis eaedem potestates unitae repugnabant atque etiam separatis exercitibus idem appetebant, quippe singularia sua commoda persequi ac nihilominus commune consilium uno animo adipisci bene sciebant. Potissimum tamen ex opinione quadam vulgari magis concordes habebantur, quam revera erant. Postquam major Hispaniae potentia jam diu in Austriam translata est, vulgo imperator electoresque catholici Hispaniae ministri existimabantur. Metum monarchiae universalis Hispanicae plurimis in libellis, nec minus in legatorum principumque epistolis graviter memoratum reperimus.

Digitized by Google

Itaque factum est, ut foedere inter Galliam, Venetias, Sabaudiam ad recuperandum Vallem Tellinam d. 7 m. Febr. a. 1623 icto atque actionibus de matrimonio Anglo-Gallico initis rumor spargeretur, permagnam confoederationem factam esse, quae omnes Europae nationes ad imminentem illam potentiam singularem oppugnandam conjungeret. Ac sane multum tractabatur. Inter reges enim Galliae, Angliae, Daniae, Sueciae, inter Venetos, electorem Brandenburgensem principesque Sabaudiae et Transsilvaniae actum esse constat. Harum tamen actionum rumor longe major erat quam effectus. Compluria res singulas continentia documenta foederis, quod circumferebatur, ad nos pervenerunt, uno quidem excepto ad duos fontes revocanda, quos fuisse libellos a. 1624 in vulgus emissos pro certo habendum[1]). Haec duo foederis, ut ita dicam, putativi testimonia omnibus singulis, quas continent, rebus diversa in eo congruunt, quod bellum una adversus imperatorem et adversus Hispaniam unaque in Italia et in Germania gerendum statuunt, et quod recuperatio Vallis Tellinae atque re-

[1]) Ad verbum propemodum congruunt foederis conditiones in Theatro Europaeo (vol. I. p. 766) atque in Meieri Londorpio continuato (vol. II. p. 636) relatae, quae decem in capita divisae anno 1624 compositae esse dicuntur. Meteranus novus (vol. III. p. 356. ed. Amstel. 1648) tria et triginta capita exhibet, quae subnotata esse dicit d. 8 m. Augusti a. 1624. Londorpius (vol. III. p. 711. ed. 1668) triginta capita habet, quae propemodum ad verbum cum Meterani capitibus conveniunt. Diem subscriptionis quidem non referens Londorpius iisdem paene verbis ac Meteranus novus ait, hoc foedus anno 1624 Parisiis rege Galliae praesente subnotatum esse.

Digitized by Google

stitutio comitis Palatini fines foederis nominantur; utroque etiam in documento spem indicatam videmus, Papam Urbanum VIII, anno 1623 electum, ad foedus accessurum esse. Breviore foederis relatione socii perhibentur Gallia, Anglia, Venetiae, Sabaudia, quibus altera relatione etiam Dania et princeps Transsilvaniae adduntur. In longiore tantum enarratione legimus, electores ecclesiasticos Papae incitandos esse, ut regem Galliae imperatorem crearent. Praeterea Capriata singula quaedam affert, quae summam hujus foederis fuisse dicit, quo inter Angliam, Galliam, Sabaudiam, Venetias, Daniam principemque Transsilvaniae convenit, ut viribus unitis Hispaniam et imperatorem terra marique et in Europa et in America aggrediantur. Cujus foederis mentionem Capriata hacce fabella instituit: m. Octobri a. 1624 reges Galliae, Angliae, Daniae ceterarumque civitatum legatos veste mercatoria indutos Avenione congressos foedus illud fecisse[2]). Qui rumores ad aulae imperatoriae consilia et ad ortum Danici belli quanti fuerint momenti, postea videbimus.

Revera autem actiones de foedere universali sine ullo erant effectu. Gallia ad res Germanicas ne minimum quidem officium literis in se suscepit atque Anglia usque ad m. Novembrem a. 1624 se sine societate Galliae nihil facturam esse dixit. Actionibus de foedere universali contra domum Habsburgicam missis civitates catholicae (Gallia, Venetiae, Sabaudia) in priore contra

[2]) Dell historia di Pietro Giovanni Capriata libri dodici. Gineva 1639. lib. VII. — Capriatae fabellam foederisque summarium ad verbum transtulit Khevenhueller (vol. X. p. 622. ss.).

Digitized by Google

Hispaniam facto foedere perseverantes bellum fortius gerere coeperunt, dum civitates evangelicae actiones adversus imperatorem initas persequuntur. Hanc rerum agendarum divisionem eodem tempore factam esse, quo tabulae nuptiales inter Angliam et Galliam Parisiis subnotatae sint (d. 13 m. Novembris a. 1624), tribus ex rebus apparet. Mense enim Novembri marchio de Coeure Vallem Tellinam ingressus est atque d. 10 m. Novembris inter Galliam et Sabaudiam Segusii (Susa) foedus ictum est, quo bellum in Italiam dilatandum ac Genuam viribus unitis aggrediendam esse constituebatur[3]). D. 7 m. Novembris Jacobus rex literas imperium comitis Mansfeldii permittentes solus subnotavit, id quod ad id tempus sine Galliae societate se facturum negaverat, quibus literis bellum contra imperatorem ad restituendum comitem Palatinum instituit, contra terras Hispanienses disertis verbis vetuit.

Sed nos jam evangelicarum actiones civitatum fusius exponamus atque primum quidem de ordine actionum rebusque, quae huc pertinent, gestis, tum de rationibus consiliisque singularum, quae participes erant, civitatum, denique de actionum effectu disputemus.

---

[3]) Flassan, histoire de la diplomatie Française. Vol. II. p. 303.

Digitized by Google

CAPUT I.

ACTIONUM DE LIGA EVANGELICA ORDO.

Omnium, quas nunc explicaturi sumus, actionum quasi centrum ab initio Magnam Britanniam reperimus. M. Februario a. 1624, cum parlamentum, quod vocatur, congrederetur, rex Angliae regem Daniae et principes amborum Saxoniae circulorum ad pugnam pro propria sua libertate incitare decrevit, quem ad finem Robertum Anstruther in Daniam et Saxoniam legatum misit[4]). Parlamento nondum dimisso comes Mansfeldius d. 14 m. Aprilis (vet. styli) secundum consilium ministrorum Francogallicorum[5]) Londinum venit, ab aula et a po-

[4]) Initium parlamenti factum est d. 19 m. Febr., notissima illa Buckinghamii oratio habita d. 24 m. Febr., decretum parlamenti, ut omnes cum Hispania dirimerentur actiones, d. 2 m. Martii (vet. styli) factum. — D. 22 m. Febr. Rufsdorf scribit: „Le Sieur Anstrouter se prépare à son voyage pour le Danemarck; .... Il aura commandement et pouvoir de traiter d'une alliance avec le Roi de Dannemarck et avec les Princes et Etats de la Saxe supérieure et inférieure, ... non pas tant pour la restitution du Palatinat, que pour leur propre liberté.“ Rufsdorf, mémoires et negociations secrètes. 2 vols. Leips. 1789. vol. I.

[5]) L. c. epistola d. d. 14 m. Aprilis: „Je vois, qu'en la France on lui a donné le conseil de venir en ce Royaume. Entres

Digitized by Google

pulo cum magno applausu acceptus. Promissa quidem ei libentissime fiebant, sed num eadem praestarentur, ex Galliae societate suspensum dicebatur. Gallia Mansfeldio in bello ad Vallem Tellinam recuperandam gerendo uti voluit et ad bellum Germanicum subsidium quidem promisit, sed literis promissum suum confirmare negavit. Bis etiam Mansfeldius in Galliam proficisci et Londinum reverti debuit, donec Jacobus rex tandem d. 7 m. Novembr. literas imperii solus subsignavit[6]) et stipendia libr. sterl. milia XX in quemque mensem pollicitus est.

Etiam Anstrutheri discessus usque ad m. Junium retardatus est, quo eodem ferme tempore Jacobus Spens, regis Sueciae legatus apud aulam Magnae Britanniae, Stockholmiam proficiscitur, ut ad regem suum similem, atque Anstruther ad Christianum IV, perferat provocationem.

Angliae consilia tam nota erant, ut jam ante Anstrutherum Caesaris legatus, comes Oldenburgensis, d. 4 m. Julii Hafniam veniret, regem de exteris actionibus

---

autres le Connetable Mr. Lesdiguières lui écrivit sur ce sujet-là, l'exhortant de faire un petit voyage en Angleterre, afin qu'il confirmât et animât par sa présence et par bons avertissements les esprits par deça en la résolution, qu'ils avoient prise ou pouroient prendre, de sorte que son arrivée est autorisée de ce côté-là. Car il ne seroit point venu ici, comme il me dit, si on ne l'eût conseillé en France."

[6]) Mansfeldii actiones Gallicae apud Siri, Memorie Recondite vol. V., atque Britannicae apud Rufsdorf, mémoires et négociations secrètes, vol. I. expositae sunt. De literis imperii cfr. cap. III.

Digitized by Google

vitandis moniturus. Christianus respondit, se nescire quidem, quid velint affinis suus, rex Angliae, ejusque adhaerentes, qua de re ab Anstruthero se certiorem factum iri, interea dubitari non posse, quin illi comitem Palatinum in integrum restitui vellent, nec se, quamvis pacem diligat, affines suos relinquere posse[7]).

Elector Brandenburgensis a Gallia et Britannia invitatus, ut his contentionibus se adjungeret, consiliarium Christianum de Bellin Hafniam et Stockholmiam ire jussit[8]). Hafniam tempestive pervenit, ita ut actiones una cum Anstruthero et des Hayes, legato Francogallico, inire posset.

D. 25 m. Julii Christianus IV tres legatos accepit et d. 27 ej. eorum conditiones plane rejecit[9]). Constat regem ipsum magis eo propensum fuisse, ut illas acciperet quam senatum Danicum, qui nullas omnino confoederationes voluit, quibus regnum bello implicari posset. Qui propensior regis animus saepe, praesertim

---

[7]) „Ob nun ſkon ich fuhr meine Perſohn nichtes Liiberß wunſken nuchte, alß daß wie oben gemeldet alleß ihn guthe ruhe widerum muge geſtellet werden, So kan der key: dennoch leichtlich Ermeſſen, daß ich, wie gerne ich auch wohlte, mich von meinen ſo gaar nahen anuernanten ihn ihr ſo hoe angelegene Sache nicht endtſlagen kan." Kong Chriſtian den Fierdes egenhaendige Breve, Befalinger ꝛc. udgivne af C. Molbech Kiöbenhavn. 1848. Vol. I. No. 160.

[8]) Haec missio facta est impulsu Anglico et Francogallico secundum „Instruction für einen kurfürstlichen Rath" d. d. 27 m. Octobris a. 1625, quae instructio in archivo Berolinensi adhuc exstat. De hoc loco aliisque ex archivo allegatis cfr. annot. 122.

[9]) Rufsdorf, consilia et negotia politica. IX.

Digitized by Google

a Schlegel[10]) negatus, sed scripto nuper publicato[11]) comprobatus est. Dicimus regis responsionem adversus senatorum scrupulos d. d. 22 m. Julii, qua ait: utilissimum utique esse, si Dania unita sit cum Ordinibus Generalibus, cum Magna Britannia, cum electore Brandenburgensi, periculosum autem, si Suecia harum civitatum opem accipiat; patriam non tam exhaustam esse, quam senatores existimarent, neque Daniam minus quam Sueciam exercitum parare posse[12]). D. 25 m. Julii senatores respondent, tam graves sese jam protulisse causas, ut nescirent, quid adderent. Regem autem, si nihilominus comitem Palatinum adjuvare vellet, tria aut quattuor hominum milia non sine acceptis antea stipendiis et justo exercitu a confoederatis jam armato mittere posse[13]).

Accepta regis recusatione Anstruther Hafniam reliquit singulosque principes circulorum Saxonicorum revisit[14]) ac d. 2 m. Januarii demum Hafniam rediit.

---

[10]) Schlegel, die Könige von Dänemark aus dem oldenburgischen Stamm, atque Slange, Geschichte Christian's IV, erweitert herausgegeben von Schlegel. 1757. III.

[11]) Molbech, l. c. I. No. 160*b*.

[12]) „och y dett Ringiste saa lett och bequemmeligen som hoß de Suenske."

[13]) Molbech in secunda scripti praecedentis annotatione argumentum hujus responsi refert.

[14]) Jam sub finem m. Augusti Anstruther Hamburgi versatur, ab electore Saxoniae reversus, et m. Decembri Hamburgum repetit: in literis d. d. 10 m. Decembris dicit, se fuisse apud duces Megalopolitanos, apud principes Lauenburgenses et in urbe Lubecca, nunc autem reversurum esse in Daniam. The negotia-

Digitized by Google

Interea, ut Molbech dicit, epistolarum commercium inter Jacobum I et Christianum IV etiam a. 1624 continuatum videtur[15]).

Gustavus Adolphus m. Augusto legatum Anglicum, Septembri Brandenburgensem excipit seque exercitum suum in Germaniam ducturum promittit, pluribus cum Spensio et Bellinio habitis colloquiis planam et perfectam belli gerendi rationem proponens[16]). Gustavus Adolphus utilissimum arbitratur per Poloniam in Silesiam terrasque Austriacas hereditarias contendere, sed si confoederati mallent, etiam recta via Palatinatum aggressurum se esse dicit. Bellum inire vult cum quinquaginta militum milibus, quorum stipendia — praeter libr. Sterl. milia septuaginta pro conscriptione — computat ad libr. Sterl. milia centum septem in singulos menses[17]), cujus summae tertiam partem Gustavus Adolphus, tertiam Brandenburgium, Gallia ceteraeque, quae foedus inirent, civitates, tertiam Anglia tribuere de-

---

tions of Sir Thomas Roe from 1621 to 1628. London 1740. fol. p. 309 et p. 321 sqq.

Diem quo Hafniam rediit, referunt: Kong Christian den Fjerdes Dagbøger, udgiven af Nyerup Kiöbenhavn. 1825.

[15]) Molbech l. c. No. 160 *b*. annot. 1.

[16]) Moser, Patriotisches Archiv. V. Oxenstiernae ad Camerarium epistolae.

[17]) Nummos omnibus locis ad pecuniae Anglicae rationem revocavi. Pluribus in scriptis officialibus ejus temporis nummi Anglici nominantur juxta nummos Suecicos, Danicos, Germanicos ac numeratur libra Sterl. = 4⅘ thal. imperial. Suecicis = 4⅛ thal. imperial. Danicis, = 10 florenis. Thalerorum Suecicorum quinque aequant fere tres thal. imperial. Suecicos.

Digitized by Google

beant. Praeterea Gustavus Adolphus poscit, ut sibi concedatur horum militum quattuor, ut ajunt, regimenta in Gallia, quattuor in Anglia conducere, utque per belli tempus duo portus in Germania, fortasse Wismariensis et Bremensis, sibi tradantur.

Quae conditiones ut in Anglia et Gallia acciperentur, Bellinius efficiendum suscepit, qua de causa primum ad aulam suam revertit, ubi ei d. 11 m. Novembris nova instructio data est[18]). Spens etiam, ut certo putari potest, missionis suae eventum in Angliam retulit, sed hujus aulae responsio usque ad Bellinii adventum dilata est. Interea rex Angliae conditiones Suecicas, tam sumtuum magnitudinem quam duorum portuum traditionem, sibi displicere ostendit. In literis igitur ad Camerarium datis cancellarius Suecicus de averso aulae Anglicae animo verba facit, quem ut convertere studeat, eum impellit[19]). Statim etiam in primis cum Bellinio actionibus aversatio aulae Anglicae apparuit.

Attamen eo ex tempore, quo primum Anglia Daniam et Sueciam instigavit, rerum Germanicarum status non parum mutatus erat. Ligistici et Hispanienses exercitus in circulum Saxoniae inferioris processerant. A m. Januario a. 1624 in Germania nullus Caesaris hostis erat in armis. Mansfeldius sine pecunia milites suos amplius continere non potuerat eosque acceptis ab Hol-

[18]) In archivo Berolinensi exstat.

[19]) Moser, Patriotisches Archiv. V. Cfr. quattuor Rufsdorffii epistolas ad Camerarium d. d. 18 m. Septembris usque ad 2 m. Decembris a. 1624, ap. eundem Rufsdorf, consilia et negotia politica, append.

Digitized by Google

landis aliisque civitatibus stipendiis residuis dimiserat[20]). M. Octobri Hagam comitis venit tam parvis opibus instructus, ut singulari tantum Ordinum Generalium scito prohiberi posset, ne a creditoribus in custodiam daretur[21]). Sane hoc tempore cum Gallia et Britannia egit, sed m. Februario anni 1625 demum cum primis militibus in Seelandiam pervenit. Posteaquam circulus exercitum, quem anno 1623 comparaverat, ut fines suos a Mansfeldio et a Christiano juniore defenderet, m. Decembris a. 1623, quia illi non amplius erant timendi, dimisit, Tillyi manus, quae circuli fines non transierant, quamdiu Mansfeldius et Christianus in armis erant, processerunt in fines circuli eumque paullatim occuparunt[22]). Nec deest causa, qua et imperatoris Ligaeque

[20]) V. d. Decken (Herzog Georg von Braunschweig und Lüneburg. Hannover 1833. I. p. 119) dicit: „Der König von Dänemark, der Graf von Oldenburg und die Holländer hatten sich erboten, den Truppen Christian des Jüngeren und Mansfeld's den rückständigen Sold auszuzahlen, wenn beide ihre Heere abdanken wollten. Der erstere entliefs die wenigen Soldaten, die ihm gefolgt waren und begab sich nach England. Die Abdankung der Truppen des Grafen Mansfeld verzögerte sich bis December 1623, weil die Holländer sich säumig in der Bezahlung zeigten. Mansfeld reisete nach dem Haag, wo er als Privatmann lebte.“ Eodem loco Christiani IV epistola d. d. 14 m. Decembris ad Christianum seniorem, ducem Brunsvicensem, scripta his verbis refertur: „Die Truppen des Grafen Mansfeld wären im Begriff, sich gänzlich aufzulösen, er sehe keine Veranlassung, länger unter den Waffen zu bleiben.“

[21]) Aitzema, Zaken van Staat en Oorlog. I. p. 356.

[22]) Christianus senior, dux Brunsvicensis, in scripto, quo officium praefecti circuli deponit, d. d. 30 m. Decembris a. 1623

Digitized by Google

dux et ipse imperator occupationem circuli defendant: scilicet summum, quod a Mansfeldio instet periculum et a nova illa confoederatione quam ex avisis[23]) non incertis noverint[24]).

---

ait: „daß in dieſen Krayß, vermittelſt gnediger göttlicher Verleihung bis hent dato noch niemand gerücket." Bericht, warum Christian, Bischof von Minden etc. das Kreisobersten officium niedergelegt. Lüneburg 1628 (In Bibl. Berol. ad bell. tric. vol. 58). Primae, quas legi, querelae de occupationibus militum Tillyanorum m. Febr. a. 1624 editae sunt. Cfr. Fürstlich Meklenburgische Apologia, append. 83 sqq.

De dissolutione autem exercitus circuli v. d. Decken haec scribit (I. p. 120): „Der Herzog von Celle, als Kreisoberst liefs eine Vorstellung an die Kreistände des Inhalts gelangen: »dafs ohne vorhergegangenen Kreisschluſs keinem derselben das Recht zustände, sein Contingent eigenmächtig von der Kreisarmee zurückzuziehen.« Am 9. December 1623 schrieb er an den König von Dänemark: »Der Administrator von Magdeburg, der Herzog von Wolffenbüttel, die Städte Bremen, Hildesheim, Gofslar, Mühlhausen, Nordheim und Lübeck hätten bereits ihre Contingente abgedankt; das Cellische und das Meklenburgische allein hielten noch das rechte Weserufer besetzt, um sich Tilly'n zu widersetzen, der die Grafschaft Hoya und Diepholz mit vielen Truppen belegt habe und Miene mache, über die Weser vorzudringen. Er bäte den König, ihm bis dahin, dafs er Zeit gehabt habe, seine angefangenen Unterhandlungen mit Tilly abzuschliefsen, seinen Beistand nicht zu versagen und ihm wenigstens für jetzt die dänische Leibfahne, die noch nicht abmarschirt sei, zu lassen.«" Regis responsum jam annot. 20 citavi.

[23]) Hoc verbum latinum quidem non est, sed Tillyi.

[24]) Cfr. plures Tillyi et imperatoris epistolas, nec minus mandata avocatoria inter appendices apologiae Megalopolitanae atque in scriptis conventuum Brunsvicensium, quae a. 1625 et 1626 saepius impressa sunt.

Digitized by Google

Facillimum est intellectu, quanta commoda occupatio Germaniae septemtrionalis non modo generatim consiliis Austro-Hispaniensibus verum etiam praecipue catholicismo in Germania restaurando praebere potuerit: scilicet episcopatus reformati rediissent ad catholicos, major meridionalis Germaniae auctoritas condita esset in aeternum, foederatae provinciae uno tempore a meridie et oriente circumventae libertatem servare non potuissent. Quamobrem etiam Infans Hispaniae, quae provincias Belgicas administrabat, praeter eas, quas sub comite Rittberg apud Tillyi exercitum habebat, manus singularem, cui Cordova praepositus erat, exercitum in illum circulum mittere voluit, id quod ligistici quidem nequaquam optabant. Tillyo contradicente Infans incepto abstitit[25]).

Cum occupatio circuli maxime esset opportuna, aptus praetextus quaerebatur. Primae, quas Britannia cum Dania et Suecia inierat, actiones non minus quam illae de Gallo-Britannico matrimonio notae erant atque de actionum continuatione aula Caesaris ab agentibus suis certior fiebat. Bellinius, cum legatus Parisiis esset, omnes electoris sui actiones Viennam et Monacum referri cernebat[26]). Scriptores catholici studebant osten-

[25]) Fürstl. Meklenb. Apologia, append. LXXXV. Tillyi epistola ad Infantem sine dato. Editores apologiae eam inter epistolas ex m. Februario a. 1624 ponunt, quo cum tempore nullum epistolae indicium non congruit. Tillyus circulum Saxoniae inferioris a militibus Mansfeldii et Christiani Brunsvicensis ita devastatum esse scribit, ut hic Cordovae exercitum sustinere non possit. Petit igitur ab Infante, ut incepto desistat.

[26]) Scripsit Bellinius (ut male quidem Pruckmannus cancel-

Digitized by Google

tare imminentem omnium Europae civitatum confoederationem, priores principum evangelicorum Germanicorum cum exteris actiones damnare, novas in majus extollere. De actionibus comitis Palatini priores scriptiones novis editionibus prodierunt, adjectis introductionibus et supplementis, quae novas actiones in medium proferrent et cum prioribus connexas ostenderent. Commemoranda est secreta cancellaria Anhaltina, quae sexies hoc tempore continuabatur[27]). Quia optati erant catholicis, rumores de nova confoederatione atque, quos supra memoravimus, fines foederis mirari non licet. Imo cum videamus, quemadmodum et Caesar et Tillyus his rumoribus abutantur, existimandum est, illorum initium et incrementum ab aulis Viennensi et Monacensi sublevatum esse. Usque ad m. Martium a. 1625 ex istis

---

larius relationi adscripsisse videtur, nam neque scriptura Bellinii manum indicat et de Bellinio quae referuntur Bellinium ipsum relationem non scripsisse arguunt, sed quis eam scripserit, explorari non potest) Parisiis d. 14 m. Febr. 1625: „Inmittelst aber bringe ich doch in Erfahrung, dafs Brandenburg verrathen und verkauft werde; darüber ich doch die Räthe nicht beschuldige. Marescot (legatus Francogallicus apud aulam Berolinensem) kommt in Verdacht, derselbe ist arm und geizig, auch benebens jesuitisch, soll Geld von dem Herzog von Bayern touchirt (?) und daher vorlängst Brandenburgs Gedanken dem Kaiser und Baiern declariren, auch alles, was ihm Bellin aus habendem Befehl jedoch nur per generalia vertrawet den bairischen und kaiserlichen wissende gemacht, die es durch eigene Kouriere an gehörige Orte notificirt haben."

[27]) Nachtrab anhaltischer Kanzlei. 1624. Ander Theil der anhaltischen Kanzlei. 1624. Novissima harum continuationum: „Anhaltischer Kanzlei sechster Theil" anno 1625 impressa est.

Digitized by Google

causis a quibus Tilly, m. Febr. a. 1624 occupationem circuli excusat, haec una vera est, quod m. Decembr. a. 1624 circa Hamburgum tria militum milia sub nomine Ordinum Generalium conducebantur, quae re vera pro Mansfeldio erant[28]); exterorum militum conquisitiones praetendi solum videri, ut praetextum occupationis darent, superior circuli praefectus Christianus senior Brunsvicensis elocutus est[29]).

Initio principibus et ordinibus circuli continenter recusantibus et deprecantibus semper reductio militum promittitur, sed m. Decembr. a. 1624 Tilly et Comes de Anhalt milites non posse reduci, quin etiam pluribus opus esse aperte profitentur. Petunt etiam urbanis verbis a principibus et ordinibus, ut per bonam gratiam milites moenibus tectisque recipiant[30]). Paullatim vero principes circuli consilium sese armis defendendi capiunt. Primum hoc consilium pronunciatum videmus in duabus ad duces Megalopolitanos scriptis epistolis, altera Christiani senioris Brunsvicensis d. d. 16 m. Decembr. a. 1624, altera archiepiscopi Bremensis d. d. 12 m. Januar. a. 1625[31]). Uterque se facere non posse ait, quin armis se defendat atque auxilium rogat.

[28]) The negociations of Sir Thomas Roe. p. 323. epistola Anstrutheri d. d. 10 m. Decembr. a. 1624.

[29]) Fürstl. Meklenb. Apologia, append. CXIII, epistola Christiani ad Tillyum: „daſs man unter dem Schein den Fuſs in diesen Kraiſs setzen könne."

[30]) Fürstl. Meklenb. Apologia, append. CIV—CIX, tres epistolae Tillyi et tres comitis de Anhalt, omnes e m. Decembri a. 1624.

[31]) Fürstl. Meklenb. Apologia, append. CII. et CIII.

Digitized by Google

Sic rerum status mutatus erat, cum m. Januar. a. 1625 simul Hafniae et Londini actiones redintegrarentur. Die 2 m. Januar. Anstruther Hafniam reversus die 13 plenam aulae Danicae conversionem Londinum renuntiare potuit. Legati Anglici auctoritatem in capiendis his consiliis plurimum valuisse aulae Brandenburgensis libellus testatur[32]). Christianus ipse postea regi Angliae in memoriam redigi jubet, quam difficile fuerit, se in partes confoederandorum perducere[33]).

Interea Bellinius et Spens Londinum advenerunt et una cum comitis Palatini legato Joanne Joachimo Russdorf regis voluntatem erga conditiones Suecicas tentant. Die 2/12 m. Januar. Bellinius ad primum cum rege colloquium admittitur. Jacobus rex actiones Suecicas et Brandenburgenses comprobans, Danicas querens addit: „Cependant j'espère que le chevalier Anstrouther, mon ambassadeur, effectuera quelque chose auprès du dit Roi[34])." Apertius etiam pro Dania princeps Walliae d. 5/15 m. Januar. dixit: „Le prince promit bien qu'il embrasseroit cette affaire, mais il s'est arrêté seulement

---

[32]) Legati Brandenburgensis ad Gustavum Adolphum relatione d. d. 4 m. Maji a. 1625 (Patriotisches Archiv V.) haec perscripta sunt: „Nachdem aber Ihre Kön. Maj. in Dänemarken durch fleiſsiges Sollicitiren des Königlich Groſsbrittanischen Herrn Abgesandten endlich bewogen worden, sich der gemeinen Sache mit anzunehmen."

[33]) Molbech, l. c. num. 201: „Eiin ſchreiben an Engellandt" e m. Decbr. a. 1625. „auch wii harbt eß hiilbt, Ehe ich mich in biß werck miſſen wolthe, daa er miir ſagte, daß ich wrſache ſein konthe, daß des Könnigß Reputation, Ja woll ein hoerß kunthe erhalthen werden."

[34]) Ruſsdorf, mém. et nég. secrètes. I. p. 422 sqq.

Digitized by Google

sur le point et la considération du Roi de Dannemarck, disant que le Sieur Anstrouther lui donnoit bonne espérance qu'à la fin ce Roy-là voyant S. M. de la Grande Brétagne tant avancée se laisseroit gagner; Son Altesse n'a rien discouru sur d'autres particularités[35]).“ D. 6 et 7 m. Januar. (vet. styl.) tres legati cum Conwaeo, regis secretario, convenerunt[36]). Novas cum Dania initas actiones Conwaeus silentio praeterit, sed persuasum sibi esse ait, regem Christianum ad foedus non aperte esse accessurum, verumtamen poscit, ut totius belli administratio regi committatur et ab initio omnem actionem sine Dania abnuit, cum legati a conditionibus Suecicis et a regis Sueciae summo imperio non discedant. Propensus aulae Anglicae in Daniam animus facile cognoscitur, de quo Russdorf refert: „En ce discours nous avons remarqué, que le respect, que l'on porte au roi de Dannemarck est si grand à cette cour, qu'ils ne consentiront jamais à la direction du roi de Suède, si ce n'est que le roi de Dannemarck en soit content.“ Denique Conwaeus spem ostendit legatis, regem omnes Gustavi Adolphi conditiones accepturum et concessurum, ut legati confoederandorum ad diem 20/30 m. April. Hagam Comitis ad icendum foedus conveniant[37]). Conwaeus se Daniam esse invitaturum ait, tamen non sine magna cautione, tum demum, si persuasum habere possit, Christianum IV a talibus actionibus non prorsus alienum esse: „Ainsi finit, Russdorf inquit, notre con-

[35]) Ibid. — [36]) Ibid.

[37]) Hunc congressus locum diemque jam Bellinii instructio d. d. 11 m. Novembr. 1625 nominat.

Digitized by Google

férence. Il est à observer, que le Secrétaire, non obstant, qu'il a été bien pressé pour le tiers des frais de guerre et pour le jour sus-mentionné, n'a pas voulu toucher précisément ni décisivement cette corde; il n'a parlé que généralement, savoir que S. M. ne manqueroit pas de fournir ce qu'il seroit trouvé convenable ou nécessaire" [38]). D. 16 m. Januarii Bellinius cum Buckinghamio collocutus est, d. 18 tres legati iterum cum Conwaeo egerunt, sed certiores pollicitationes non consecuti sunt. Promissa sua de Dania invitanda Conwaeus literis ad Anstrutherum scriptis d. d. 9/19 m. Februar. exsecutus est, quibus Anstrutherum, quam periculosus praesens rerum in Europa status quamque necessarium foedus civitatum evangelicarum sit, regi Daniae ostendere jubet. Tum demum, quando Christianus se ad foedus applicaturum dixerit, legatus exponat, jam initas esse actiones atque utilissimum videri, regi Sueciae belli administrationem deferre [39]). Hanc instructionem, certe ad fallendos legatos scriptam, Conwaeus Russdorfio ostendit, postquam jam in illa scribenda consilio ejus usus erat [40]). Jam ex istis, quos

[38]) Rufsdorf, l. c. p. 456.

[39]) Rufsdorf, mém. et nég. secrètes II. epistola ad Oxenstiernam a. d. VI. Id. Febr.: „Si Danus consenserit in foederis conventionem, legatum tum demum et non antea exponere et indicare debere, qua ratione quibusque de causis consultum esse judicetur, Sueco belli pro Republica communibus sociorum consiliis et viribus gerendi summam curam et administrationem, vulgo directionem vocant, deferre et confidere."

[40]) Rufsdorf in eadem epistola: „Secretarius regis Eduardus Conwaeus, communicato mecum consilio, commentarium seu

Digitized by Google

memoravi, conventibus legatorum cum Conwaeo, e responsis regis principisque Walliae perspici poterat, aulam Anglicam novas Anstrutheri cum Christiano IV actiones non ignorasse et Christianum nunc consensurum exspectasse. D. 9 m. Februar. Conwaeus conditiones Danicas aut novit aut in dies exspectavit, quibus de causis sinceram fuisse illam instructionem putari nequit.

Conditiones Danicas, quas Anstruther d. 13 m. Januar. Londinum renuntiavit, Russdorf sic refert: Christianus jam mense Majo militum milia triginta parata se habiturum sperat, si Anglia in primum mensem triginta milia libr. Sterl., in reliquos menses quina dena milia solvat. Omnibus autem ceteris rationibus prima Angliae collatio ad libr. milia XXXXVI, quae pecuniae summa m. Junio a. 1625 soluta esse videtur, in singulos menses ad libr. milia XXX aestimatur, quae se numeraturam Anglia foedere Hagensi promisit[41]). Chri-

---

tabulas mandatorum confici curavit, meis monitis et suggestionibus diligenter observatis." — Idem Camerario de iisdem tabulis scribit d. 8 mens. Febr.: „Nihil in iis desidero, cuncta enim, quae monui et suggessi, inserta sunt." (Rufsdorf, consilia et negotia politica).

Relatio Anstrutheri d. d. 13/23 Januar. apud Rufsdorfium (mém. et nég. secrètes I.) appendice epistolae octogesimae nonae d. d. 25 m. Januarii continetur, hac tamen in epistola appendix non memoratur. Certe autem Rufsdorf, cum de his Conwaei tabulis scriberet, illam relationem etiam ignoravit, quare relationem solum errore editoris jam epistolae octogesimae nonae additam esse censendum videtur.

[41]) Ad has rationes solutionesque effectas infra cap. III. revertemur.

Digitized by Google

stiani in epistolis ubique triginta milia nominantur atque idem, cum mense Decembr. audiverit, Angliam non plus viginti milibus soluturam esse, valde iratus jubet aulae Angliae in memoriam revocari, quid Anstruther, „nomine regis“ promiserit, eamque moneri, quod res nunc pejores sint quam ab initio actionum[42]). Russdorfii igitur relationem falsam esse judicandum est, nisi unius hujus relationis auctoritate confisi arbitrari velimus, Christianum IV sublato Suecici certaminis timore postulata duplicasse.

D. 5 m. Martii (vet. styl.) Conwaeus Russdorfio exponit, Jacobum regem accepisse regis Daniae conditiones eique permisisse, ut de belli administratione cum Gustavo Adolpho agat[43]). De subsidiis regi Sueciae solvendis secretarius nihil promittit.

Bellinius jam m. Januar. in Galliam se contulerat et m. Martio Londinum revertit. Aula Francogallica ei

[42]) Molbech, l. c. No. 201: „welcheß mir gans befrembt fohrgekommen, weiil dii Sachen faſt Suerrer undt nicht liichter werden, und ſii ſich anfangen zu dreiien (i. e. wenden), daa man vermuthet, daß ſii eiin gröſſeres thun ſolthen, dan forhiin.“ Cfr. annot. 33.

[43]) Ruſsdorf, mém. et nég. secrètes I. d. d. 5/15 m. Martii: „Quant aux ouvertures mises en avant par le Roi de Dannemarck et à la réponse, que le Roi de la Grande Bretagne y a faite, le Secrétaire me disoit: Je vous les communiquerai; ce pendant sachez que la réponse de S. M. contient en un mot qu'Elle est contente d'accepter les offres du Roi de Dannemarck et encline de lui fournir le nombre des gens, qu'il demande, avec toutes les appartenances. — Quant à la direction de la guerre, nous serons bien aises, si ces deux Rois s'éntr'accordoient; en cas qu'ils ne puissent s'accommoder pour ce sujet-là, il sera nécessaire de choisir un tiers.“

Digitized by Google

promiserat, in duos annos se quingena milia librarum (livres) soluturam atque se optare dixerat, ut regibus Galliae et Britanniae commune arbitrium de eo concedatur, quo tempore omnibus confoederatis et pugnantibus principibus arma deponenda sint. Praeterea regis Sueciae directioni favet; sin Dania consentire nolit, eam ad electorem Brandenburgensem deferendam proponit[44]).

Interea Christianus IV summam industriam ostendit. Mense Octocri etiam cum Polonis contra Sueciam egerat, nunc opera legati Francogallici, qui ad hoc consilium mense Januario bis in Sueciam profectus est, inprimis constitutum est, alteram civitatem alterius hostes nullo modo adjuturam esse, atque Gustavus Adolphus contendit, ut arctiores etiam nexus adjungerentur[45]). Christianus jam m. Februar. coepit milites conducere[46]) et

[44]) Bellinii relationem Rufsdorf narrat, mém. et nég. secrètes I. p. 495 sq. Responsum a ministris Francogallicis scriptum non accepit, sed quale ipse perscripserat, Richelieu rectum esse dixit. Congruit cum instructione d'Espessii, legati Francogallici apud Ordines Generales, d. d. 19 m. April. a. 1625 (apud Vreede, Inleiding tot eene Geschiedeniss der neederlandsche Diplomatie. Utrecht 1856. I. append. XV). Quo in commentario etiam additum est, aulam Francogallicam secundum optatum electoris Brandenburgensis in eo, quod Mansfeldio electori in itinere per ejus terras Rhenanas quaedam officia contra Hispanos praestare liceat, consentire paratamque esse ad milites Francogallicos in oppidis, quae Mansfeldius ceperit, collocandos. Cfr. cap. II.

[45]) Cfr. Gustavi Adolphi epistola d. d. 1 m. Febr. a. 1625. ap. Moser V.

[46]) Primae de conquisitione militum annotationes in regis commentariis (Dagboger) ad d. 2 et 10 m. Februar. inveniuntur.

Digitized by Google

cum principibus circuli Saxoniae inferioris actiones iniit.

Jam a. 1621 et 1623 circuli principes et ordines defensionem componere (Defensions-Verfassung) constituerant; singulos principes m. Decembr. a. 1624 consilium iniisse, sese armis ab exercitu Catholicorum defendendi, supra memoravimus. Anstruther cum singulas horum principum aulas peragraret, ad novam circuli compositionem eas excitare studuit. D. 10/20 m. Decembr. a. 1624 Hamburgi scribit[47]): „After i have dispatched with the king of Denmark, then i hope wee shall have a generall meeting of all those princes of the circle of Lower Saxony, who must pretend, that in regard foreign forces are entring within the empire, and it is not yet knowne what in the end they may attempt, it behoueth them, for ther owne safety, to stand uppon ther guard; and so, being once in readiness, as it were, to defend, we shall (god willing) make the best use wee can of them and theirs."

Christianus IV circulo ad bellum ultro inferendum persuadere decrevit, quod consilium in epistola regis ad Fridericum, ducem Holsatiae d. d. 5 m. Januarii scripta exponitur[48]). Hujus epistolae exordium hoc est:

„Freundtlicher vielgeliebter vetther vndt Sohn, Neben wünſchung eineß gluckſeligen Newen Jahrs, verhalthe ich ihn högſtem vertrawen dir nicht, daß auff ahnhaltung wnderſtidtlicher Potentaten ich mich, wie gerne ich eß auch

[47]) The negociations of Sir Thomas Roe. p. 323.

[48]) Molbech, l. c. No. 169.

Digitized by Google

habe thun wollen, unternommen habe, bei dem Nyderſerigem kreydtze verſuch zu thun Ob ſii zu der Reſtitution der Phaldtz ſich verſtehen wollen, welcheß zu thun ohne einige Perſohnliche zuſammenkumft mihr nicht ahnſteet; vermeine derohalben eß darhiin zuuermitteln helffen, daß mit dem forderligſten ein kreyſdach aufgefriben werde sub alio pretextu."

Christianum IV igitur videmus principum conventum appetentem, quo in conventu principes eo adducturus est, ut exercitum comparent non solum ad circulum defendendum, sed et ad comitem Palatinum restituendum. Principes ex regis voluntate vocati Lauenburgi convenerunt a die 20 usque ad 25 m. Martii (vet. styl.)[49]). Hunc autem conventum, etsi a Christiano in literis et ephemeridibus comitia circuli (Kreistag) appellatur, cum comitiis ex ordine vocatis et habitis nequaquam confundere licet et his quidem de causis:

I. Non principum legati, quod omnibus in circulorum comitiis factum esse videmus, sed ipsi principes ad actionem convenerunt.

II. Plures circuli principes, plures episcopatus, cunctae urbes omnino non repraesentati sunt.

III. Missio conventus non circuli missio vocatur sed simpliciter „Lawenburgischer Abschied;" cujus in exordio nec principes convocantes nec principes et ordines nominantur sed ut in unoquoque liberorum prin-

[49]) Missio conventus de 25 m. Martii data appendice 144 Apologiae Megalopolitanae continetur. Christianus, ut in commentariis suis annotavit, vespere diei 10 m. Martii Lauenburgum venit, quam urbem d. 26 reliquit.

Digitized by Google

cipum foedere confoederantes principes nominatim enumerantur.

IV. In fine missionis dicitur: „Damit nun Alles obbeſchrieben, nach alter löblicher Obſervanz dieſſes Kreyſſes auf offentlichem Kraißtage ferner ſolenniter deliberiret, berathſchlaget und vollzogen werden möge, ſo haben J. K. M. und F. F. G. G. ihre Deputirte dieſer vereinigten Punkten halber inſtruiren und befehligen wollen, ob angeſagter maſſen ihre Vota zu verrichten und darüber endlichen Kraißſchluß zu verfaſſen und anzurichten. Inmittelſt haben J. K. M. und F. F. G. G. zu ſteter und feſter Haltung dieſen Receß, der bis zu allgemeinem Schluß in geheim gehalten werden ſoll mit eigen handen unterſchrieben ꝛc."

V. Eodem tempore comitia circuli Luneburgi habita sunt, quorum missio d. d. 30 m. Martii data est[50]).

His in comitiis ex imperatoris mandato d. d. 10 m. Januarii, ut novus circuli praefectus eligatur, primum Fridericus Ulricus, dux Brunsvicensis, creatur, et cum hic munus recusaret novum praefectum proximis comitiis creandum esse decernitur.

Quibus ex argumentis elucet, conventum Lauenburgensem confundi non licere cum circuli comitiis. Circuli principes et ordines videbimus divisos esse in partes duas, quarum alteram bellicosam, alteram pacificam nominare possumus. Lauenburgi principes a parte bellicosa congressi ea consilia agitant, quae a comitiis

[50]) Exstat in „Bericht, warum Christian, Bischof von Minden etc. das Kreisobersten officium niedergelegt." Cfr. literas principum convocantium ad imperatorem d. d. 2 m. Septembr. a. 1625 in Apologia Megalop. append. 148.

Digitized by Google

scita esse velint. Tamen connexus quidam est inter comitia Luneburgi habita conventumque Lauenburgensem, certe quod ducis Brunsvicensis recusationem et conventionem Christiani creandi attinet.

Numerus ac nomina principum, qui Lauenburgi convenerunt, diversa referuntur. Tres nominum enumerationes exstant. Nomina missioni d. 25 m. Martii subscripta, enumeratio in regis commentariis d. d. 24, relatio regis in epistola ad cancellarium suum Fries d. d. 26[51]). Missionem subnotarunt: 1. Christianus IV, 2. Christianus Guilelmus Marchio, administrator archiepiscopatus Magdeburgensis, 3. Joannes Fridericus, archiepiscopus Bremensis et episcopus Lubeccensis, 4. Fridericus Ulricus, dux Brunsvicensis, 5 et 6. Adolphus Fridericus et Joannes Albrechtus, duces Megalopolitani, 7. Fridericus, dux Holsatiae. Commentariis regis praeterea Landgrafius Hassiae et Franciscus Carolus, Saxoniae dux nominantur; regis epistola solum comitem Palatinum, Christianum ducem Brunsvico-Luneburgensem et Landgrafium Hassiae perhibet. Num comes Palatinus conventui adfuerit, id quod tantum in regis epistola narratur, valde dubitandum est. Offensionem jam movit Ordinum Generalium legati praesentia, qua Tilly usus est, ut bellicosa fuisse principum consilia declararet. Quanto majorem Palatini praesentia motum excitasset! Landgrafius Hassiae gravem habebat causam, ob quam hostis esset Caesari et ligae, cum Tillyi exercitus paene totum Landgrafiatum occupasset. Missionem subnotare non potuit, quia socius

---

[51]) Molbech, l. c. No. 172.

Digitized by Google

circuli non erat[52]). Franciscus Carolus dux Saxoniae (sine dubio Saxoniae Lauenburgensis) licet conventui adfuerit, missionem subsignare non potuit, cum ipse junior quidam domus suae filius alienissimus esset a ducatus dominatione. Eo tempore sua sponte contra imperatorem milites conducebat, id quod imperatoris mandatum, quo hujus principis apparatus interdicuntur[53]), ostendit. Frater ejus, qui ducatus imperium tenebat, dux Caesareus in Tillyi exercitu erat, quapropter Franciscum Carolum bellum gerendum tanto studio e consilio regni in patria occupandi amplexum fuisse judicare licet. Christianus, dux Luneburgensis, solum in regis epistola nominatur, neque quidquam de eo dicitur, nisi haec verba: „ſom ydag droge ſyn laaß," quae cum d. 26 m. Mart. scripta sint Christianus videtur usque ad finem conventui adfuisse. Usque ad hoc tempus eum ad circuli fines fortiter defendendos comparatum fuisse jam vidimus, et m. Decembr. a. 1623 eum studuisse, ne circuli exercitus dissolveretur et m. Decembr. a. 1624 eum primum consilium armis se defendendi cepisse jam demonstravi; exinde eum a parte Caesaris stare ac tam in comitiis quam armis regis Daniae consilia impugnare animadvertimus. Quae consiliorum mutatio maxime in eo posita

---

[52]) Cfr. p. 113 sqq.

[53]) Exstant in missione comitiorum Brunsvicensium d. d. 16 m. Maji a. 1625: „Demnach auch zum Vierzehenden bey wehrendem Kraißtage Kayſerliche Mandata avocatoria et inhibitoria wegen der Werbung und Hertzog Frantz Karoln zu Sachſen-Lawenburg angemaſſeter Kriegsbereitſchaft einkommen etc." Fürstl. Mekl. Apol. append. 145.

Digitized by Google

videtur, quod principes, qui Lauenburgi convenerant, non solum circuli defensionem spectabant. Christianus cum annis sequentibus consilia Lauenburgi capta omni vi et opera impugnaret, non est admirandum, quod missionem non subnotaverit.

Summa conventionis est, proxima circuli comitia eo esse adducenda, ut Christianus rex circuli praefectus creetur atque novies consuetus militum numerus comparetur. Electio Christiani et militum comparatio prorsus connexae apparent, cum et principes regem eligant periculorum imminentium causa et rex creationem accipiat, quia simul exercitus conceditur[54]). Horum principum consilia non solum defensionem spectasse, haecce missionis verba ostendunt: „Da auch Jh. Kgl. Maj. etwa werden bewogen ſich in friedliche Tractaten einzulaſſen, daß ſolches ohne austrücklichen consens, ratification und beliebung Ihrer ſammtlichen F. F. G. G. wie auch hergegen ohne vorwiſſen J. Kögl. May. nicht geſchehen ſon-

[54]) Est in missione: „Alß haben J. Kö. Maj. und F. F. G. G. nachfolgender Punkten halber ſich eigentlich vorglichen und beſtendiglich vorabſcheidet, daß nunmehr die höchſte notturft und unumbgengliche Beſchaffenheit dieſes löbl. Krayſſes erfordern thue zur Defenſion deſſelben ꝛc. nothwendige werbung anzuſtellen, inmaſſen dann die höchſtlöbl. Kö. Ma. vor höchſtgedachte und hochge J. F. F. G. G. wegen euſſerſter gefährlichkeit einhellig, freund- und beweglich erſuchet un dahin diſponiret worden, das Krayßobriſten ampt auff ſich zu nehmen und damit ſich beladen zu laſſen, inmaſſen dann J. Kön. Maj. auff ſolch inſtendiges freundliches wolmeintliches anmuthen, ſolch Krayßobriſten ampt acceptiret, dero behueff der J. K. May. und F. F. G. G. die tripelhülff in triplo wegen des Krayſſes gutwillig zu contribuiren verwilliget."

Digitized by Google

dern ſelbige mit einhelliger bewilligung vollenzogen und effektuirt werden ſolle." E Christiani epistola, quam memoravimus, ad ducem Holsatiae scripta cerni potuit, quid rex appetiverit, cum principes Lauenburgum convocaret: dubitasse eum, num id consequeretur, et maxime contentum fuisse exitu conventus eo loco aperiemus quo de consiliis rationibusque Christiani regis dicemus.

Circuli comitia Brunsvici m. Majo habita decreverunt, quae principes antea constituerant, quibusdam tamen verbis additis, quae belli apparatus circuli solum defensionem spectare manifestarent. Comitiorum suffragia a Christiano seniore, duce Brunsvicensi, libello[56]) impugnata sunt, ex quo cognoscimus, acerrimam fuisse in comitiis pugnam sententiarum et verborum atque legatos principum a parte missionis Lauenburgensis omnibus usos esse commodis, quae comitiorum praesidium praeberet[56]), attamen mutatis etiam decretorum verbis praeter illos nullum alium sententiam tulisse affirmativam[57]). Paribus quidem suffragiis eo disceptatio facta est, quod scripta ancepsque urbis Nordhusae sententia[58])

---

[55]) Bericht, warum Christian etc. niedergelegt. append. Lit. *L.*

[56]) Circuli directorium gerebat administrator archiepiscopatus Magdeburgensis, principes convocantes idem administrator et Fridericus Ulricus, dux Brunsvicensis, erant.

[57]) Fridericus, archiepiscopus Bremensis et episcopus Lubeccensis, cum duo ferret suffragia, in utramque partem octo sententiae ferebantur.

[58]) Urbs Nordhusa contentam se fore decretis, quae omnium consensu (einhellig) decernerentur, scripserat.

Principes bellicosi unum insuper habebant suffragium, quod his in comitiis ferri non poterat. Christianus IV enim legatis

Digitized by Google

a directorio sententiis affirmativis adnumerabatur. — Duae erant in circulo fere aequales partes, quarum ab altera quinque stabant duces et utriusque archiepiscopatus principes ab altera duces Luneburgenses[59]) et Saxoniae Lauenburgensis, capitula episcopatuum Hildeshemiensis et Halberstadiensis, liberae circuli urbes[60]).

suis potestatem sententiam solum pro ducatu Holsatiae ferendi dederat. Potestatem sententiae etiam episcopatus Schwerinensis ferendae iidem legati d. 17 m. Maji demum, jam comitiorum missione subsignata, acceperunt.

Alius etiam libelli locus memorandus est, quia ad conventum Lauenburgensem pertinet. Legati Brunsvicenses primum contra decreta sententiam tulerant, sed iterato suffragio eam mutarunt. Scilicet: „hernacher aber ſich gantz widerwertig erkleret, ſelbige erklärung aber dermaſſen conditioniret, daß man darüber faſt zwei Tage disputiren müſſen, Ihrer Variation aber auch keine andere Urſach vorwenden laſſen, als daß J. F. G. zur Lawenburg ein anderes beliebet und bewilliget, müſſen darbei halten."

[59]) Tres hoc tempore erant duces domus Brunsvico-Luneburgensis: Christianus senior, Georges, Augustus, episcopus Ratzeburgensis.

[60]) Cfr. cap. II. — Sub titulo „Congreſs zu Lauenburg" scribit v. d. Decken (Herzog Georg von Braunschweig und Lüneburg, I. p. 136): „Am 25. Mai 1625 schloſs der König von Dänemark zu Lauenburg mit dem Herzoge Friedrich Ulrich, dem Administrator von Magdeburg und dem Herzoge von Holstein-Gottorp einen besonderen Traktat, in welchem sich diese Fürsten zur Aufbringung des neunfachen, gewöhnlichen Reichscontingentes wegen des ganzen Niedersächsischen Kreises verbindlich machten. Herzog Friedrich Ulrich sollte die Contingente aller braunschweig-lüneburgischen Länder, deren gesammte Stärke zu 24000 Mann angeschlagen ward, unter dem Könige von Dänemark, als Oberbefehlshaber der ganzen Kreisarmee, commandiren. Aber auch in diesem Traktate war nur von einer Defensive die Rede."

Digitized by Google

Ad congressum, qui Hagam Comitis vocatus erat in diem 20 m. Aprilis, legati non convenerant, quia primariae congressus actionumque conditiones adhuc deerant. Vocatus erat congressus ad actiones cum Gustavo Adolpho finiendas et ad constituenda singula, quae aularum ac principum actionibus jam pertractata erant. Cum autem aula Anglica interea conditiones Danicas accepisset Suecicas adhuc recusaret, de regis Sueciae societate ejusque modo nondum quidquam convenerat. Praeterea Gustavus Adolphus legatum se Hagam Comitis ad foedus feriendum non esse missurum dixerat[61]); se suas conditiones proposuisse, quibus de accipiendis civitates confoederandae si consentirent, legatos Stockholmiam esse mittendos, quibuscum ipse belli gerendi ratio-

---

Hoc quidem foedus prorsus aliud esse patet quam missionem Lauenburgensem d. d. 25 m. Martii, sed e titulo: „Congreſs zu Lauenburg“ permutatio eo magis conjici potest, quod ille, qui m. Martio habitus erat, conventus nullo verbo memoratur. Conventus hic sine dubio m. Martio erat, id quod regis commentarii et epistola d. d. 26 m. Martii atque datum missionis ostendunt; Majo autem Christianus Lauenburgum non venit, et d. 25 nov. styl. Segebergae, d. 25 vet. styl. Steinburgi erat. Eodem tempore plures variasque legationes accepit, inter alias Ordinum Generalium legatum Foppium ab Aitzema „med Werving (Sc. Hvärving-Werbung sive Bemühung) fra Adminiſtratoren af Magdeborg“ atque ducis Brunsvicensis procancellarium. Unde factum esse potest, ut tum in quadam urbe Holsatica illud, quod Deken refert, foedus ictum sit, quod quidem in iis, quae impressa sunt, scriptis et libellis nusquam memoratum inveni. Idem ad exitum nullo modo adductum esse facta ostendunt.

[61]) Epistola Gustavi Adolphi ad Jacobum Spensium, legatum suum Londini morantem, d. d. 13 m. Mart., apud Moser, l. c. V.

Digitized by Google

nem singulaque, quibus opus esset, statueret. Spensium Hagam Comitis ire atque una cum legato Suecico ibi residente accipiendas conditiones Suecicas agitare legatisque dicere jubet, exercitum regis sui ad bellum paratum esse.

Eodem tempore Sueciam et Daniam unire et utramque civitatem ad foedus bellumque adducere tentabatur, id quod primum a principe Mauritio Ordinibusque Generalibus institutum videtur. D. 20 m. April. Gustavus Adolphus Ruthgersio legato apud Ordines Generales scribit[62]), se exercituum divisionem esse accepturum, a principe Mauritio Ordinibusque Generalibus ita propositam, ut uterque rex peditum milia XX equitumque milia V ducat, quorum dimidia fere pars confoederatis alenda sit. De eodem consilio etiam elector Brandenburgensis cum rege Daniae egit. Jam d. 5 m. Januarii Christianus scripserat electori[63]) initamque actionem mensibus Februario et Martio persecutus erat[64]); nunc electorem in domo electorali Zechlini visitavit d. 9/19 m. April. Quo in congressu Christianus etiam paratum se

[62]) Moser eod. loc. cfr. ibid. Oxenstiernae ad Camerarium epistolas d. d. 16 et 30 m. April., in quibus Cancellarius Suecicus a confoederatis auxilium praestandum poscit peditum regimenta octo vel decem equitumque 2000 aut saltem 1500, quibus Gustavus Adolphus peditum 16 regimenta ac 3000 equitum adderet. Computatione epistolis addita militum confoederatis alendorum conscriptio ad libr. Sterl. milia IIL, stipendia ad libr. milia XXVIII in quemque mensem aestimantur.

[63]) Dagboger.

[64]) Legati Brandenburgensis ad regem Sueciae relatio, ap. Moser. l. c. V.

Digitized by Google

esse ait, omnem, quem contractum jam habeat, exercitum regi Sueciae concedere, si sumtus sibi restituerentur. Tum autem auctoritate electoris motus ad duorum exercituum propositionem accessit et ab electore petiit, ut communi legatione Gustavum Adolphum ad accipiendas has conditiones commoverent[65]).

Gustavus Adolphus d. 2 m. Maji regis Daniae legatum Thomsen Sehested, d. 4 electoris legatum Sigismundum a Götzen accepit[66]). Sehested protulit verba doloris, quo Christianus affectus sit, quod rex Sueciae eum adjuvare nollet, magisque ad Daniam juvandam quam ad bellum propriis viribus consiliisque gerendum Gustavum Adolphum permovere studuit. Duobus cum exercitibus pugnandi rationem his solum verbis proposuit: „Praeterea multo id jam facilius et securius a R. Mte. Vestra suscipi posse putat, quam antea, prout id Sua Serenitas Electoralis Brandenburgensis ob varias rationes multo etiam consultius arbitratur, duobus pluribusve quam uno solo exercitu procedere.“ Minus etiam in modum sincerae propositionis de concedendo regis sui exercitu ait: „Recipitque Sua Regia Mtas se longe potius collectum hactenus exercitum suum Regiae Majestati Vestrae cedere et extradere velle, quam ut R. Mtas Vestra hoc negotium jam plane deserat.“ Legatus Brandenburgensis causam communis legationis certius et clarius enuntiavit, praecipuam perhibens conditionem, quam Christianus a rege Sueciae acceptam velit. Christianus enim

[65]) Eod. loc.

[66]) Legatorum relationes et Gustavi Adolphi responsa ap. Moser. l. c. V.

Digitized by Google

subsidia, quae ab Anglia, a Palatinatu, Hassia, circulis Saxoniae inferioris et Guestphaliae exspectanda sint, ut sibi dentur, postulat, regi Sueciae vero, quae ab aliis civitatibus adipisci possit, concedit.

Gustavus Adolphus utrique legato d. 10 m. Maji uberius et accuratius respondit, singula foederis capita bellique gerendi rationem diligenter explanans. Cujus responsi summa est, regem accipere exercituum divisionem, subsidiis inter ipsum regemque Christianum pariter dividendis „absque ullo respectu a quocunque collata provenerint.“ A portu Germanico sibi tradendo se cessurum, nisi confoederati postularent, ut per terras Germaniae septentrionalis iter faceret, consiliumque suum id maxime spectare: „ut Ligistae cum adhaerentibus in propriis suis nidis visitentur. Eo autem ex hisce locis ut perveniatur, non videt S. R. M. praeter itinera quattuor: primum quidem secundum Visurgim per Westphaliam in Hassiam et Palatinatum, alterum ad Albim per Saxoniam in Bohemiam; tertium circa Oderam per Pomeraniam et Marchiam Brandenburgensem; et quartum per Cassubiam et Poloniam, utrumque in Silesiam.“ Quorum itinerum tertium Gustavus Adolphus non probans secundum Visurgim vel Albim aut per Cassubiam et Poloniam iter facere paratum se dicit, prout confoederandis videretur. Postremo Gustavus Adolphus petit, ut ad ultimum Junii legati Stockholmiam mittantur ad belli gerendi rationem singulatim componendam. „Interim tamen S. R. M. nihilo minus eam militum suorum partem, quae longius hinc dissita est, huc convocabit, ceteraque omnia in parato habebit, ut ipsa expeditio,

Digitized by Google

quam primum aliquid certi conclusum fuerit, sine mora suscipiatur nec in Sua R. M. quidquam desideretur."

Quibus regis Sueciae propositis d. 23 m. Maji responsum est a Christiano verbis urbanissimis, tractandas Gustavi Adolphi propositiones multum requirere tempus, qua de causa se continuandam actionem electori Brandenburgensi commisisse ipsumque solum arma capturum esse. Cum electore Brandenburgensi propositiones Suecicas communicat, haec tantum verba addens[67]): „Ich führ meine Perſohn konthe deſſalß nicht weither mit Suehden tractiren, alldiweill dem Chur: bekandt, wiiweit ich mich albereidß Eingelaſſen, welcheß wiiderum zu confundiren meineß Erachtenß nicht raadtſam ſein wolthe." Primis m. Jun. diebus Spens Stockholmiam venit et Anglicam aulam rejicere conditiones Suecicas atque asseverare retulit, nihil se amplius conferre posse nisi eos sumtus, quos regi Daniae promiserit[68]). Quam ob causam Gustavus Adolphus ait[69]), ad omnia, quae utilia sint amicis laborantibus, paratum se fore, cum consilia maturiora capta fuerint atque interim, dum deliberetur, ne rerum occasiones elabantur, se in Livoniam profecturum exercitumque contra Polonos ducturum esse. Comitis Palatini apud aulam Anglicam

---

[67]) Christiani epistola ad Gustavum Adolphum apud Moser l. c. VI; epistola ad electorem apud Molbech l. c. No. 179 „Con.: Eineß Schreibenß ahn Chur-Brandenburch."

[68]) Oxenstierna ad Camerarium d. 10 m. Jun. a. 1625, apud Moser. l. c. VI.

[69]) Eadem in epistola Oxenstierna dicit, hoc esse argumentum responsi, quod Gustavus Adolphus regi Angliae scripserit.

Digitized by Google

legatus, qui in agitando foedere Suecico tum etiam perseveravit, die 30 m. Septembr. a Conwaeo hocce responsum accepit[70]): „Nous savons bien ce que le Roi de Suède donne à entendre par Mr. Spens; il demande quinze mille livres Sterlings le mois, nous ne lui pouvons rien donner; chacun de ces Princes cherche son intérêt particulier; et quelle raison avons-nous de donner de l'argent à ce Roi-là pour faire la guerre, ou pour entrer en Silésie, dans un pays, qui nous ne touche point.“

Ita consilium communis omnium civitatum evangelicarum foederis ad irritum erat redactum, neque summa liberalitas, qua m. Septembr. legatus Suecicus Carolo I, quod in regno successerat, gratulaturus Londini recipiebatur, rerum statum mutavit. Actiones etiam inter Angliam et Daniam inceptae ducebantur. M. Julio jam bellum inter Christianum IV et Tillyum inchoatum est, sed Novembri demum legati Hagam Comitis profecti sunt. Germanicae expeditionis studium aula Anglica amiserat, bello Hispaniensi, modo timide et anxie devitato, nunc maximum momentum tribuens. Ex m. Mart. studiosissime cum Ordinibus Generalibus agebatur classisque comparabatur. Duo foedera, citius Danico icta repentinam consiliorum conversionem sequuntur, d. 2/12 m. August. de classis centum navium comparatione adversus Hispaniam, d. 7/17 m. Septembr. (foedus Zuidt-Hamptoniacum) foedus ad defendendum et aggrediendum in quindecim annos. D. 7 m. Octobr. classis e portu Plymouthio solvit atque Decembri sine gloria et

[70]) Rufsdorf, mém. et nég. secrètes I. p. 633.

Digitized by Google

praeda revertit. Juxta ligam Zuidt-Hamptoniacam foedus cum Dania d. 9/19 m. Decembris ictum additamentum tantummodo apparet, quo Anglia et Ordines Generales regi Daniae subsidia promittunt, quorum postea pars minima solvitur.

Digitized by Google

CAPUT II.

SINGULARUM CIVITATUM CONSILIA RATIONESQUE.

Singularum civitatum, quas participes fuisse harum actionum vidimus, si nunc ad fines spectatas nos vertimus, consentaneum videtur, primum de Gallia dicere, quae certe ab initio particeps erat actionum, sed earum de liga evangelica quasi remota. Richelieu, cum duo maxime consilia jam ab initio persequeretur, ut potentiam Austro-Hispaniensem rumperet atque ut in re publica potestatem regis absolutam redderet, tum primis ministerii sui annis praecipue internas conditiones, subjiciendos evangelicos Francogallicos aliosque regis inimicos spectabat. Unde aulae Francogallicae in omnibus rebus Germanicis cautio patescit, quae juxta apertum studium omnes civitates ad Hispaniam impugnandam impellendi mira videatur. Valuit autem et altera causa. Cum plena Caesaris victoria Galliae utique impedienda, tum et praepotentia partis evangelicae nequaquam optata erat. Dissensionem in Germania sustentare ejusque di-

Digitized by Google

judicandae momentum adipisci Richelieu contendebat, id quod magis etiam actionibus quam armis consecutus est. Quamobrem non tantum cum hostibus imperatoris, sed etiam cum principibus ligae catholicae actiones iniit. Cum m. Majo a. 1625 propositiones Anglicae de foedere feriendo in regis consilio disceptarentur, Richelieu — ut commentariis refertur ejus nomine ornatis — proposuit: utilissimum quidem esse, Angliam in bellum contra Hispaniam implicari, tamen apertum cum principibus ligae catholicae dissidium maxime vitandum. Angliam igitur et civitates Germanicas solum clam juvandas, nullo autem modo palam pro rebus Germanicis arma sumenda esse[71]). Quibus consiliis conveniens est, quod aula Francogallica Mansfeldio et Bellinio libentissime promissa fecit, nullum autem scriptum officium recepit, et quod legatus summopere studuit regum septentrionalium dissidia componere, nec minus quod aperte optatum est, ut regi Galliae arbitrium in pace postea concilianda jam nunc promittatur[72]).

---

[71]) Mémoires du cardinal de Richelieu. Par Petitot. tome II. p. 459 ss. Sequentem premo locum (p. 465): „— la ligue catholique d'Allemagne avec laquelle, bien qu'il fût bien difficile de demeurer en bonne intelligence en assistant sous main l'Angleterre contre eux, si est-ce toutefois qu'en ne faisant pas davantage on ne seroit pas hors d'état de réconciliation, ni privé du moyen de se rendre arbitre amiable de leur différend."

[72]) Cfr. annot. 44 de instructione d'Espessii, cujus initio legato praescribitur, ut quam maxime secretum se teneat, ne civitates catholicae Galliam actionis participem putent. Ad foedus faciendum Galliam non esse accessuram, nec ad ullum omnino foedus evangelicorum, clam tamen eos adjuturam esse, id quod

Digitized by Google

Anglica aula quibus consiliis mota fuerit, si quaerimus, ex iis, quas jam exposuimus, rebus, primum apparet conversionem rationum factam esse, ita ut in vicem expeditionis Germanicae bellum Hispaniense substitueretur, deinde expeditionem Germanicam jam ab initio sine voluntate ac studio paratam esse.

Primum manifestum est atque summo jure Jacobi regis morti (d. 27 m. Martii a. 1625) et Caroli I successioni maxime tribuitur. Sed classem ad bellum Hispaniense comparari revera jam ante obitum Jacobi regis coeptam esse regemque huic comparationi multum favisse constat, quare considerandum est, utrum Jacobus ipse sententiam suam mutarit, an cui momento studia Hispanis adversa tribuenda sint. M. Februar. sumtus in classem comparandam impendendi ad milia quingenta libr. Sterl. aestimabantur, tum in congressu principis Walliae et secretarii Conwaei cum Bellinio, Russdorfio et Spensio d. 16 m. Mart. Conwaeus referebat, jam libr. milia ducenta in classe esse consumta atque legatis dicentibus, regem non concessurum, ut classis contra Hispaniam adhiberetur, secretarius respondebat: tantam pecuniam non esse collatam, nisi compertum habuissent, quemadmodum ea uti possent[73]). Jam ex

---

eo declaratur: „veu que par ce moyen il évitera la guerre en France, qui lui pourrait arriver du costé de l'Allemagne à cause des prétentions de l'Empereur sur Metz, Toul et Verdun."

[73]) Rufsdorf, mém. et nég. secrètes I. epistola d. d. 19 m. Martii, quae diligentiae causa cum Bellinio scripta est: „Le Sr. Bellin demandant ce qu'il pouvoit croire de la flotte, que le Roi préparoit, et si elle étoit déjà prête .. Le Secrétaire re-

Digitized by Google

quo tempore Buckinghamius et princeps Walliae ex Hispania redierunt, utrumque fortiora consilia quam regem persecutum esse scimus. Buckinghamius, ut consilia sua consequeretur, a. 1624 convocationem Parlamenti postulaverat atque pristinis inimicis nisus ad consilia sua probanda regem cogere ausus erat. Rex tandem consiliis, quibuscum dux et princeps consentiebant, diffidebat, quos conjuratos esse dixit, ut ipsum bello Hispaniensi implicarent. Legati Hispanienses diffidentiam regis augere studebant, quorum superlationes et principi fidem recuperare et duci summum in re publica munus sibi servare facile reddiderunt. Jacobum usque ad mortem cavisse constat, ne aperte cum Hispania dissideret. M. Martio a. 1625 etiam, cum Ordines Generales adiri jusserit, ut Mansfeldii militibus in Hollandia et Seelandia collocatis pecuniam ab ipso promissam solverent, obstinato animo vetuit, eos ad Bredam ab obsidione liberandam adhiberi. Jacobi igitur consilia in classe comparanda ad pacem comminatione belli servandam, principis vero et Buckinghamii ad bellum contra Hispaniam gerendum spectasse videntur[74]).

---

partit: Nous ne vous dirons pas qu'elle est prête; mais nous vous disons que nous avons employé bien 200 mille livres Sterlings pour l'apprêter. — Quand Mr. Bellin disoit que cette flotte ne pouroit être employée aucune part si non contre l'Espagne; ce que le Roi ne permettroit jamais. Le Secrétaire répliquant, nous n'avons pas employé en vain tant d'argent, dit-il, si nous ne savions pas comment l'employer."

[74]) Ranke, Englische Geschichte II, Cap. 5. De diffidentia regis in principem Walliae et Buckinghamium cfr. Rufsdorffii

Digitized by Google

Alterum autem, expeditionem Germanicam jam ab initio sine voluntate ac studio paratam esse, maxime elucet ex recusatione conditionum Suecicarum atque ex exiguo auxilio, quod regi Daniae re vera praestabatur. Alienus aulae Anglicae a conditionibus Suecicis animus, dum Dania antefertur, facile cognosci potest ex illis, quas narravimus, actionibus; inprimis instructione d. d. 9 m. Februar., qua legati de consensu cum rege Daniae celabantur, aulae Anglicae studium manifestatur, quamdiu cum Dania ageretur, voluntatis erga Gustavum Adolphum ejusque conditiones simulandae. Quam rei gerendae rationem si recte judicare volumus, perscrutandum est, utrum conditiones Suecicae tam durae fuerint, ut recusandae essent an ab iis solis secundus eventus exspectari potuerit. Sumtus, quos Gustavus Adolphus quosque Christianus poscit, certe differunt inter se, sed minus quam primo obtutu apparet. Christianus ab Anglia poscit primum libr. milia quadraginta sex atque in quemque mensem libr. milia triginta; priores conditiones Suecicae (e m. Septembr. a. 1624) primum libr. milia septuaginta atque in quemque mensem libr. milia septuaginta duo, alterae primum libr. milia quadraginta octo atque in quemque mensem milia viginti octo postulant, quorum sumtuum Anglia partem dimidiam solveret[75]). Rex Sueciae, quod ad subsidia

epistolas ad regem suum et ad Oxenstiernam; Levasseur, tome IV. p. 745 sq. et apud Raumer, Briefe aus Paris zur Erläuterung der Geschichte des 16. und 17. Jahrhunderts, excerpta e relationibus Tillieri.

[75]) De conditionibus Danicis et Suecicis vid. cap. I.

Digitized by Google

attinet, plures etiam civitates participes fore confidebat ac sane fortior actio bellique gerendi ratio plures etiam principes Germaniae foederi adduxisset. Differentia autem postulatorum mutatur, si Mansfeldii exercitum respicimus. Christianus IV poscit, ut hic exercitus seorsum alatur et agat, utque ab eodem ipse adjuvetur[76]), cum ille pars exercitus Suecici esse potuisset, qua re sumtus magnopere deminuti essent.

Conditionum Suecicarum e numero haec etiam vituperabatur, ex qua duo portus Germanici regi Sueciae traderentur, quod eidem quidem maximi erat momenti, si per Germaniam septentrionalem in terras Austriacas profecturus erat. Ipsis autem urbibus ad portus sitis et aulae Anglicae haec res levis esse non potuit. Jam Elisabetha Anglorum in mari Baltico mercaturam augere omni modo contenderat, eamque nunc non minorem exstitisse, primum foedus mercatorium inter Angliam et Magnum Moschoviae ducem d. 16 m. Jun. a. 1623 ictum ostendit. Haud incertum est, Angliae auctoritatem apud Magnum Ducem hoc tempore maximi fuisse momenti[77]). Danorum amicitia quidem Anglis utilissima erat propter aditum, quem Dani tenebant, in mare Balticum. Contra Sueciae potentia aliquanto aucta et prin-

[76]) Anstruther m. April. a. 1625 Londinum veniens consilium Mansfeldii militum exercitui Danico immiscendorum acerrime oppugnavit. Rufsdorf, mém. et nég. secrètes I. epist. d. d. 30 m. April. vet. styl. Tamen quarto secretorum confoederationis Hagensis articulorum illa mixtura statuebatur, sed Christianus hunc articulum subnotare recusavit, ut infra exponam.

[77]) Oxenstierna ad Camerarium d. 21 m. Octobr. a. 1624. — Patriotisches Archiv. V.

Digitized by Google

cipatus, quem appetebat, in mari Baltico Anglis periculosissima fieri potuit. Proinde Gustavi Adolphi conditiones ab aula Anglica cum diffidentia esse acceptas et ei valde displicuisse non est mirandum.

Majores et duriores quidem fuisse Gustavi Adolphi quam Christiani conditiones liquet, promissorum autem differentia multo etiam major apparet. Christianus IV promisit militum milia XXXV vel XXXVIII, priores regis Sueciae conditiones milia quinquaginta, alterae milia sexaginta vel septuaginta proposuerunt. Addendum est, spem, ut Germaniae principes evangelici ad foedus accederent, multo majorem futuram fuisse, si fortia consilia magnique exercitus eventum belli tutum fecissent. Vidimus jam, quam difficile fuerit, circulum Saxoniae inferioris in partes regis Christiani adducere, cui bellicosos etiam circuli principes paene nihil auxilii conferre potuisse deinceps exponemus. Elector Brandenburgensis studiosissimus is quidem, ut Sueciam et Galliam foederi conciliaret, se plane recepit, simulatque Anglia et Dania unitae erant; infidus Transsilvaniae princeps, quamdiu arbitrabatur, bellum in domum Austriacam fortiter gestum iri, exercitum comparabat, quem dimisit, cum eventus spem minimam esse cognovisset. Ceteris etiam paribus spectata militum Suecicorum fortitudo et Gustavi Adolphi usus militaris priorem locum tenuissent. Belli gerendi, quas rex proposuit, rationes tales erant, ut Christianus ipse nil in iis se posse emendare fateretur[78]). Censebas, unicuique civi-

[78]) Relatio legati Brandenburgensis ad regem Sueciae. — Patriotisches Archiv. V.

Digitized by Google

tati, quae bellum fortiter geri voluisset, omnia agenda fuisse, ut duplex militum numerus in bellum duceretur, ut peritissimus, qui se praeberet, dux caperetur, ut dubii adhuc principes foederis participes fierent. Anglica tamen aula ab initio ne minimam quidem voluntatem in conditiones Suecicas prodebat, quoad cum Dania unita erat, legatos, qui conditiones Suecicas accipiendas suadebant, vanis promissis ducebat atque tandem paucis profitebatur, Sueciam aggredi posse quemcunque velit hostem, Angliae nihil interesse.

Leve fuisse rerum Germanicarum sublevandarum studium ex eo etiam patet, quod Christianus in primis belli annis paene nullum ab Anglia auxilium accepit, quodque summum demum regni Danici periculum effecit, ut promissi subsidii pars mitteretur, quae tamen res non solum e rege ejusque ministris pendebat. Opes enim, quas habebant, sane minimae erant. Annui regni Britannici reditus Jacobo regnante paene libr. Sterl. milia quingenta erant, valde autem variabant, quod provideri non poterat, cum dimidia redituum pars e vectigalibus caperetur, quae et sequentibus annis valde

[79]) S. R. Gardiner (history of England from 1603—1616. II vols. London 1863. vol. II. append. VIII), accuratam redituum et impensarum comparationem exhibet ex extremis Elisabethae annis usque ad 1616 (ex. gr. customs: 1614 = 227789 Lstr.
1615 = 53815 „)
Londorpius (vol. III, cap. IV) redituum calculos refert a. 1624 et les mémoires du comte de Tillières (Paris 1863) mém. VII. quosdam numeros continent anni 1626. Londorpius vectigalia refert ad 330000 Lstr., Tillierius fere ad 300000 Lstr. omnesque reditus fere ad 500000 Lstr. aestimat.

Digitized by Google

differebant[79]). Saepius igitur prohiberi non potuit, quominus expensa annua reditus superarent, quo factum est, ut aulae apud cives fides atque existimatio minima esset[80]), praecipue ex a. 1625, cum dissensio de jure

[80]) Rufsdorfius (mém. et nég. secrètes I.) d. 14/24 m. Decbr. 1624 scribit, aulam Anglicam id contendere, ut solutio Mansfeldio promissa in mensem Decembrem conquiratur: „Mais l'on n'a rien encore obtenu, n'étant pas apparence que l'on puisse trouver moyen pour fournir argent comptant; car les deniers des subsides sont en envoi; de sorte que l'on ne peut donner aucune assignation aux Marchands lesquels ne se contentent pas de la simple parole ou obligation du Roi. Je n'aurois pensé, que l'on fût en telle disette d'argent en ce Royaume. — Saepius Rufsdorfius persuasum se esse dicit, Angliam subsidia Dano promissa solvere non posse. Tillières, legatus Francogallicus in aula Anglica, in epistola e Septembri vel Octobri a. 1625 (Mémoires du comte de Tillières, pièces justificatives X; epistola sine dato est, sed ex iis, quae de classis comparatione narrantur, eam elucet vel m. Septembri vel Octobri a. 1625 scriptam esse), ait, parlamentum subsidia a ministris postulata recusasse, ministros autem dici tributum extraordinarium imperaturos esse: „C'est de quoi ledit Parlement se moque fort, sachant bien, que si les impositions que le roi et son conseil mettront sur les peuples sont petites, elles ne seront pas suffisantes pour subvenir aux nécessités de l'Etat. Que si elles sont grandes, le peuple est plutôt porté à se soulever que non pas pour les souffrir." Idem a. 1626 (Mémoire VII. État de l'Europe en 1626) scribit: Si la guerre avec l'Espagne continue, si celle de France commence, ces trois millions se réduiront à un et demi. Pour le reste de son domaine il est en grande partie engagé; et quand même les cinq millions lui demeureraient, ils sont absorbés par les dépenses ordinaires de sa maison et en dedans de son état; et il ne peut en rien employer au dehors, car de penser en avoir par privés sceaux dans le pays ou par emprunt sur les

Digitized by Google

pecuniarum concedendarum gravissimam regis et parlamenti contentionem excitaret[81]). Inde ab Eduardo IV cuique regi vectigalium exactio in vitae tempus concessa erat, primum autem parlamentum a Carolo I a. 1625 convocatum eandem tantum in annum unum concessit sibique vindicavit, ut quoque anno de concessione rogetur. Certe quod Jacobus rex arbitratu suo vectigalia majora reddiderat, domum communium commoverat, ut nunc concedendi aut recusandi jure tam strenue uteretur; sed alterum etiam accedit momentum, quod actionibus de subsidiis extraordinariis concedendis clarissime ostenditur. Communia decreverunt, si maxime invisus ac praepotentissimus minister dimittatur, si desiderii voluntatisque totius populi rex rationem habiturus sit, si concessarum pecuniarum consumtio certa ratione observari possit, communium domum ad omnia concedenda paratissimam esse, ut regis in Hispania laesa auctoritas servetur, ut regis liberi in Germania in electoratum restituantur. Buckinghamii vero gratia apud Carolum etiam major erat quam apud Jacobum, quare parlamentum conditionibus suis rejectis duo tantum subsidia (libr. Sterl. milia quadraginta) concessit. Plures parlamenti socii apud legatum regis Bohemiae sententiam suam quasi excusarunt, parlamentum dicentes

---

bourgeois de la ville de Londres c'est une moquerie. Il leur en a si souvent escroqué par une voie et par l'autre, qu'ils ne veulent plus lui en prêter; et quand on leur en demande par ces voies-là, ils crient: Parlement! Parlement!" —

[81]) Cfr. Ranke, Englische Geschichte. V. Cap. 6.

Digitized by Google

ad concedenda subsidia, si de consumtione securum esse possit[82]), paratum esse.

Opes, quae in regis potestate erant ad ea in longius tempus solvenda, quae Mansfeldio et Christiano IV promissa erant, non suffecisse liquet, quocirca eo magis mirandum, quod tanta eodem tempore pecunia in classem adornandam ad quaesitum cum Hispania bellum gerendum collata sit. Angliae opes cum non sufficerent ad bellum uno loco fortiter agendum, eo minus opes dividendae erant. Conditiones, quae ad bellum in Germania fortiter gerendum spectabant, repudiatas bellumque repente sine singulari causa cum Hispania inceptum ratione politica connexa esse manifestum est. Privata Caroli et Buckinghamii adversus Hispaniam invidia et bellicosus populi ac parlamenti animus, quem Buckinghamius jam a. 1624 in rem suam versurus erat, plerumque ansam dedisse traduntur. Quibus etiam causa alia accedit, qua melius regi videbatur contra Hispaniam quam in Germania pugnare.

E plurimis a. 1625 libellis, qui illam confoederationem illustrarent atque quam turpissimam declararent, sextam cancellariae Anhaltinae continuationem jam supra memoravimus, cui adjectae sunt octo epistolae plura

---

[82]) Rufsdorf, mém. et nég. secrètes I. d. d. 4/14 m. Septembr. a. 1625: „Plusieurs de ceux du Parlement m'ont prié, d'assurer VV. MM. de leurs sincères intentions, disant que tout le Parlement étoit résolu et prompt de fournir les moyens requis pour notre rétablissement, pourvu qu'il pût être assuré, que des particuliers n'y mettront point leurs mains.

Digitized by Google

animadversione digna continentes[83]). Septem epistolae a. 1624 inter m. Junium et Septembrem scriptae sunt, octava, die omisso, Londino ad Jacobum Melandrum Hagam Comitis data est. Scriptor puritanus fuisse videtur, qui fidem suam non confessus in ministerio archiepiscopi Canterburiensis erat. Narrat in epistola, episcopum suum multa sibi committere secreta politica[84]), ex quibus refert, veterem (sc. regem Jacobum) esse sine auctoritate, cum multo plures sint, qui solem orientem quam qui occidentem adorent, sed etiam filii res male habere. Vetere mortuo Irlandiam coorituram Angliamque et Scotiam conditiones proposituras esse, quas cum novus rex accipere non possit, ab eo de-

---

[83]) Anhaltischer Kanzlei sechster Theil. a. 1625 (In bibl. Berol. ad bell. tric. vol. 76). Eaedem epistolae etiam apud Londorpium III. p. 778 sqq. edit. a. 1668 impressae sunt. Londorpius earum manuscripta latina in manibus habuisse videtur, nam iis huncce profixit ingressum: „Demnach sich nun die Sachen also verhalten und die Kriegspraeparationes nicht allein Kraft der neuen Englischen und französischen Bündnuß stark fortgangen sondern auch darüber unterschiedliche Berathschlagungen und Schreiben von vornehmen Gelehrten gehalten und gewechselt worden, uns aber diese folgende Schreiben in lateinischer Sprach sub titulo mysterii Politici, so denkwürdig zu lesen und wohl in Acht zu nehmen, zukommen, als haben wir dieselben, wie wir sie bekommen, fidem auctori relinquendo, auch zu mehrerem Nachricht diesen actis einverleiben wollen."

[84]) „Mein Ertzbischoff träwmet entweder oder Rhät sonsten, dann er mir seine allergeheimste Gedanken offenbaret, er weiß aber nicht, daß ich mich des wahren und reinen Glaubens halte ohne alle ihre abergläubigen Ceremonien. Er helt bißweilen lange Reden und heftige Orationes wider die Puritaner, darinnen er sie zimlich mitnimmet. Ich stelle mich, als laß ich mirs gefallen, ist aber meine Meinung gar nicht."

Digitized by Google

fecturas expulsumque Haga Comitis vocaturas esse[85]). Comitem enim Palatinum vulgo maxime acceptum esse, quod et confessioni Calvinianae addictus et juvenis sit, qui magnas susceperit res nomenque sibi compararit. Regem omnia ab eo timere, quam ob causam neque eum ipsum neque ejus liberos in Angliam venire sinat, de quo regis animo valde dolere episcopos dicentes, si Palatini liberi in Anglia educerentur, nullos in posterum futuros esse puritanos; hanc tamen episcoporum spem regis timore liberorum parentumque minorem esse. Nimis aucta atque in majus sublata quaedam eorum esse, quae puritanus affert, anno 1624 res publicas in Anglia conversum iri praenuntians, facile cognoscitur. Irlandia et Scotia per primas regis Caroli annos quietem servarunt, parlamentum vero Anglicum conditiones proposuisse vidimus, quas Carolus reprobavit, quaeque pertinaciter repudiatae postremo rerum publicarum conversionem regisque necem adduxerunt. Quae in epistola referuntur de magna, qua comitis Palatini familia in Anglia fruebatur, gratia populari, ea parlamenti actionibus a. 1624 et 1625 probantur plurimisque aequalium testimoniis confirmantur, quorum quaedam in annotatione componam[86]), unde patescit, eadem, quae puri-

---

[85]) „Will des Königs Sohn nicht in ihre forderungen verwilligen, werden sie ihn verlassen wie die Israeliten den Roboam Salomons Sohn und den Vertriebenen aus dem Haag erfordern und sagen: Dein Gemahl soll über uns regieren nach unsers Herzens wolgefallen und alsdann wird ein Pur und Puritanisch Reich im Lande seyn."

[86]) Cfr. ap. Raumer, Briefe aus Paris zur Erläuterung der Geschichte des 16. und 17. Jahrh. excerpta e relationibus Til-

Digitized by Google

tanus noster affert, non modo unum sensisse, sed revera utrumque regem non sine timore comitis Palatini ejusque familiae fuisse.

---

lierii. D. d. 25 m. Augusti a. 1620: „Der Prinz von Wales ist seit kurzem auf seine Schwester und den Pfalzgrafen sehr eifersüchtig geworden, welches (obgleich er sie ungern dem Zufall ausgesetzt sieht und sie auch unterstützt) doch auf ihre Angelegenheiten nachtheilig wirkt. Das Uebel entsteht daher, dafs sich der Baron Aune unvorsichtig benahm und die Puritaner zu viel Anhänglichkeit an jene bezeigten, ja über den König selbst nachtheilig sprechen. Dem Könige ist diese Sache ganz willkommen, um seinen Sohn mit den Puritanern zu veruneinigen." D. d. 20 m. Martii a. 1621: „Der König ist in der gröfsten Furcht, seine Tochter die Pfalzgräfin werde nach England kommen und die Partei der Puritaner begünstigen" .... „defshalb ist dem Grafen Carleton geschrieben worden, er solle der Pfalzgräfin, wenn sie im Haag anlange, sagen, sie dürfe bei Strafe des väterlichen Zornes nicht nach England kommen." D. d. 29 m. Maji a. 1621: „Der König kennt die Anhänglichkeit des Volkes und insbesondere der Puritaner an die Pfalzgräfin und ist, aufgeregt durch die spanisch Gesinnten, ungemein eifersüchtig darauf, dafs sie eine mächtige Partei bilden dürfte."

D. d. 22 m. Februar. a. 1622. Tillierius persuasum habet, seditionem orituram esse, simulac comes Palatina in Angliam venerit.

Mémoires du comte de Tillières. ed. Hippeau. Paris 1863.

Mém. VII. 1626: „Le roi d'Angleterre veut ravoir le Palatinat pour son beau frère, qui en a été dépouillé, pour sa soeur et ses neveux, qui sont dans la situation la plus misérable, il craint, qu'ils ne viennent en Angleterre. — Capellen, Gedenkschriften. Utrecht 1777. 2 deel. Mai 1624: „hy (sc. Jacobus) ondersocht de dienaers van den Coningk ende Coniginne van Bohemen in Engelant komende."

Le Vassor scribit ad a. 1624: „Les Espagnols, qui avoient

Digitized by Google

Nostrarum actionum e tempore, quamvis singula persequi non liceat, tamen duas afferam res, quae non magni quidem fuerunt momenti, sed animum alienissimum a Palatino manifestant. Electoris res magnum ceperunt detrimentum electoratu Bavarico a. 1624 ab electore Saxoniae comprobato. A m. Februar. usque ad Junium Russdorf a rege Jacobo petere[87]) non cessavit, ut literis ab ipso scriptis ac propria legatione electorem Saxoniae ab illo consilio gravissimo dehortaretur. Regis epistola diuturno studio tandem impetrata legato nequaquam satisfecit. Jacobus adeo hac in epistola generum suum non jam titulo electoris nuncupavit[88]).

leurs créatures et leurs pensionnaires en Angleterre, y traversèrent les desseins de Mansfelt. Ils faisoient insinuer au Roi que Mansfelt n'étoit que le courier et l'espion de Fréderic. Si les Puritains veulent encore un Roi en Angleterre, disaient les Emissaires de la cour de Madrid à Jaques, ne croyez pas, qu'ils jettent la vue sur le prince de Galles, votre fils et votre héritier légitime. On pense plutôt au Palatin."

Idem loco posteriori ait: „On y repetoit ce que le Marquis d'Innojosa avoit déjà inutilement tenté de persuader au Roi, que les Puritains, dont le duc de Buckingham se déclare le chef, prétendent au préjudice du prince de Galles mettre la Couronne d'Angleterre sur la tête de la Reine de Bohème et de ses enfans."

87) Rufsdorf, mém. et nég. secrètes I. epistolae d. d. 13 m. Februar. usque ad d. 11 m. Junii.

88) Eod. loc. d. d. 22 m. Febr.: „J'ai remontré au Secrétaire Conway, qu'on ne devoit plus omettre le titre d'Electeur, que le Roi d'Angleterre écrivoit ou faisoit, vu que cela préjudicioit grandement à V. M. Le Secrétaire me disoit là-dessus, qu'il donneroit ordre, qu'on ne le fît plus, il avoit voulu, que je lui en eusse plus tôt parlé et avant que les lettres aux Electeurs de Saxe et de Brandenbourg aient été écrites et signées."

Digitized by Google

Propriam etiam legationem mittere Jacobus recusavit, Anstrutherum se jussurum Dresdam proficisci dicens, si in Dania mandatum exsecutus sit. Itaque ille Dresdam sero venit, etenim d. 16 m. Julii Maximilianus Norimbergae in collegium electorale solemniter electore Saxoniae consentiente recipiebatur, sed m. August. demum Anstruther Dresdam pervenit[89]).

Praeterea exsequiis regis Jacobi ne legato quidem e filiae familia adesse licuit, quippe cui antea diceretur, se locum, qui legato electorali conveniat, non acceptarum esse, ne infantis Hispanicae legatus offenderetur. Qua de causa cum Russdorff se domi mansurum responderet, aulae magister non omisit gaudium ostentare et Russdorfio ob hoc liberale responsum gratias agere[90]).

Quae hoc tempore Buckinghamio consilia adscribebantur filiam suam filio electoris Palatini in matrimonium dandi, ea minus respicienda existimo, quoniam nescimus, nec quid fecerit ad consilia illa consequenda, nec quibus causis eadem impedita sint. Certe sola gratia popularis, qua comitis Palatinae familia fruebatur, talem voluntatem excitare potuit, neque a veri similitudine abhorret, consilia ad irritum redacta ad politicas rationes aliquantum valuisse.

Ejusdem gratiae popularis timor atque inde natus aulae Anglicae animus a Palatino aversus in actionibus intercesserunt. Ad amicitiam actionesque cum Hispania rescindendas et ad fortius agendam rerum Germanica-

[89]) Cfr. annot. 14.

[90]) Rufsdorf, mém. et nég. secrètes I. epistola d. d. 5/15 m. Maj. 1625.

Digitized by Google

rum instaurationem bellicosa populi voluntas et parlamenti impetus aulam compulerat, tamen a Palatino omni vi et opera restituendo et Jacobus et Carolus alienissimi erant. Ceteris causis, quae Carolum et Buckinghamium moverunt, ut bellum Hispaniense Germanico anteponerent, id accessit, quod non minus populari bello contra Hispaniam gerendo publicam curam et intentionem a sorte familiae comitis Palatini averterent, ut tali modo simul regiam potestatem adversus crescentem parlamenti auctoritatem firmarent.

Quod ad regis Daniae consilia pertinet duo nobis memorandi sunt libri secundum acta tabularii Danici editi: regis Christiani IV commentarii (Dagboger) a Nyerup editi atque collectio scriptorum, quae reperiebantur, ab ipsius regis manu, a Molbech foras data. Circa eas, quae ad nostras actiones spectant, literas Molbech longioribus in annotationibus animum ostentat refellendi ac negandi, Christianum ullo modo Gustavi Adolphi obtrectatione motum fuisse, qui animus maxime ex oppugnatione operum a Schlegel et v. d. Decken publicatorum apparet. — At vero ipsa, quibus Molbech illas annotationes addit, acta hanc Gustavi Adolphi obtrectationem declarant. Facile ei concedas Christianum non privata obtrectatione motum bellum suscepisse, sed alia est obtrectatio rege viroque civitatem administrante dignissima, ne justa necessariaque in rebus publicis auctoritas in aliam transeat civitatem. Christiani studium, ne Daniae in Germania septentrionali auctoritas transeat in Sueciam, maximi fuisse momenti in conditionibus Suecicis rejiciendis videbimus.

Digitized by Google

Situs peninsulae Danicae jam diu contentiones nationum mercatoriarum moverat, veluti efflorescentes provinciae foederatae atque urbium Hanseaticarum labens potestas diu de suprema in Dania auctoritate certabant et in terra Danica Wullenwevri sorte disceptata Lubeccensium potestas frangebatur. Provinciarum foederatarum bello cum Hispania gerendo urbes Danicae occasionem nactae sunt cum urbibus Ibericis se jungendi atque induciis factis et Hispania et Ordines Generales regem Daniae sibi conciliare studebant. Christianus Hispanos fovebat, quin etiam Ordinum legatis aliquando respondebat: se ignorare Ordines Generales neque unquam cum talibus aut cum foederatis provinciis se egisse, sed potius cum eorum domino, rege Hispaniae[91]). Ad salis Hispaniensis mercaturam factitandam urbes Danicae monopolium quoddam adeptae videntur[92]). Hispaniae contentiones de amicitia cum Dania conservanda atque de occupanda Saxonia inferiore certe ad dominium maris Baltici Austro-Hispaniensi potestati subjiciendum spectant. Paucis annis post (1627—1630) Hispania et Austria ad consequenda illa consilia progrediuntur, quae ad irritum rediguntur, quia Dania et Suecia adversum hoc periculum uniuntur.

[91]) Aestate a. 1611, cum Ordines Generales inter eum et Sueciae regem Carolum IX se interponere vellent. Vreede, Nederland en Zweden in staatskundige betrekking. Utrecht, 1841.

[92]) Wurm, Studien über Foppius und Leo van Aitzema. Hamburg 1854. Hoc in libello plura etiam inveniuntur de conditionibus inter Daniam et Hispaniam intercedentibus ac de studiis Ordinum Generalium Christianum sibi conciliandi continuatis.

Digitized by Google

Cum commercia Daniae ansam darent Hispaniae non laedendae, Christianus et episcopatuum Saxoniae inferioris, quos filiis suis comparare voluit, et Hamburgi Bremaeque ratione habita movebatur, ut etiam imperatoris gratiam quaereret. Praecipua, quae ad hasce contentiones pertinent, breviter conferam:

A. 1621 d. 14 m. Decbr. princeps Fridericus, Christiani filius, coadjutor archiepiscopatus Bremensis eligitur. Ex a. 1617 Christianus hanc creationem studiosissime agitaverat.

A. 1622 idem princeps coadjutor episcopatus Verdensis creatur, quem ad finem thalerorum milia LX a rege Christiano episcopo et canonicis distributa sunt[93]). A. 1623 m. Junio episcopus Verdensis et Osnabrucensis, simul antistes Halberstadiensis mortuus est, quo facto princeps Fridericus episcopatum Verdensem patre tutore ac procuratore capessivit atque antistes Halberstadiensis creatus est. Osnabrugae comes de Anhalt vi armorum comitis catholici de Hohenzollern, affinis sui electionem effecit[94]).

A. 1624 episcopatus Halberstadiensis a Christiano seniore, duce Luneburgensi, principi Friderico ceditur, qui tamen eum nunquam capessivit[95]).

[93]) Schlegel, Geschichte der Könige von Dänemark aus dem oldenburgischen Stamm. Dagboger ad a. 1620.

[94]) Cfr. Senkenberg, Neueste Teutsche Reichsgeschichte. Vol. 25. p. 335. Episcopatus ordines electionem non agnoverunt.

[95]) Hujus episcopatus res singulares erant: a. 1623 Christianus junior Brunsvicensis episcopatu abdicat, quem de jure administrator Magdeburgensis, jam a. 1616 coadjutor Halberstadiensis postulatus, sequi debebat. Capitulum autem Christianum senio-

Digitized by Google

Quod attinet ad urbem Bremam, Christianus non solum archiepiscopatum, sed et ipsam urbem, quae multis magnisque, quae adepta erat, privilegiis revera jam tum imperii immedietatem possidebat (ex jure ab a. 1640 demum) spectasse videtur[96]). Occupationem

---

rem eligit, eoque post annum renunciante, administrationem suscipit. Principem Fridericum creatum esse nusquam reperi. In comitiis Brunsvici m. Majo a. 1625 habitis administratoris Magdeburgensis legati suffragium episcopatus Halberstadiensis sibi vindicant, postremo tamen concedunt: „dafs ihr gnädigster Fürst und Herr zu vollkommener Administration des Stifts Halberstadt noch zur Zeit nicht gelanget, sondern dafs man wegen der Kompaktaten noch nicht einig, Inmittelst Capitulum Administrationem in seinen Händen behalten und noch hätte.“ (Bericht, warum Christian etc. niedergelegt. Lit. L.). Causa, qua capitulum ad novam electionem non accessit, minus e Christiani Guilelmi vindicationibus, quorum jam a. 1623 nulla ratio habebatur, quam ex oppositis regis Daniae et Caesaris contentionibus atque ex imminente exercitus ligistici propinquitate prodiisse videtur. A. 1627 capitulum coactum est Leopoldum Guilelmum, imperatoris filium XIV annos natum cooptare, qui jam episcopus Passoviensis et Strafsburgensis a. 1629 etiam archiepiscopus Magdeburgensis papae decreto nominatus est.

[96]) Relation. Foppii ab Aitzema, primi Ordinum Generalium apud urbes Hanseaticas legati assidui, apud Wurm, Studien über Foppius und Leo van Aitzema d. d. 22 m. Decembr. 1611. „Der König wünscht seinen Sohn zum Coadjutor des Erzstifts Bremen gewählt zu sehen, er schmeichelt der Stadt Bremen, gewährt ihr Nachlafs im Zoll und dergleichen; auf diese Art könnte es leichtlich kommen, dafs diese vornehme Hansestadt von den anderen ausschiede.“— D. d. 20 m. Januar. a. 1619: „Die Stadt Bremen lauscht einigermafsen nach der guten Gnade der hochged. Kgl. Maj. hin und hat defshalb niemanden auf diesen (hansischen) Convent geschickt — sie giebt damit genugsam zu ver-

Digitized by Google

autem urbis ab eo tentatam esse non reperi. Cum filius ejus coadjutor postulatus esset, ejusdem nomine d. 8 m. Februar. a. 1622 urbi omnia ejus privilegia comprobatum iri affirmavit[97]).

Contra Hamburgum, quod urbem Holsaticam jure esse praetendebat, Christianus fortius agebat. Longum est certaminis singula persequi, quamobrem praecipua tantum proferam, quae aperiant, quales a. 1625 fuerint conditiones[98]).

D. 26 m. Septembr. 1603 imperator Rudolphus Hamburgenses sub poena proscriptionis vetat in nomen Christiani IV atque Friderici, utriusque ducis Holsatiae, jurare; nihilominus urbis magistratus rege duceque (d. 27

---

stehen, dafs sie die angebotenen königlichen Verheifsungen zu ihren Gunsten gerne genieſsen möchte." — D. d. 27 m. April. a. 1619: „Bremen sucht durch seinen Credit bei Dänemark zu steigen."— D. d. 20 m. Decembr. a. 1619: „Es ist glaublich, dafs der König nicht so sehr die bloſsen Einkünfte des Stiftes in Betracht zieht, als vielmehr die beiden schiffreichen Ströme, die Elbe und Weser, deren er Meister werden will, sollt' es ihm auch etliche Millionen kosten."

[97]) Schlegel, Könige von Dänemark aus dem oldenburgischen Stamm. — Duntze, Geschichte von Bremen. 4 Bde. Bremen 1848.

[98]) Acta publica, quae citavi, inveniuntur apud Stelzner, „Versuch einer zuverlässigen Nachricht von dem kirchlichen und politischen Zustande der Stadt Hamburg. 1731—1739. 5 Thle." Vol. II. et III. sicut in libello, qui a. 1665 editus esse videtur: „Documenta der Stadt Hamburg Immedietät betreffend." (in bibl. Berol. in volumine intitulato „Hamburg und Dänemark.") — Cfr. praeterea: Gallois, histoire de la ville d'Hambourg. 2 vols. Hamburg 1853. Vol. I. — Wurm, Studien über Aitzema. Hamburg 1854.

Digitized by Google

m. Octobr.) scripto pollicitis, sacramentum liti exemtionis ab imperii judicio camerali nondum dijudicatae nullo modo esse praejudicaturum, cunctisque urbis juribus ac privilegiis ab iis (d. 29 m. Octobr.) confirmatis d. 30 m. Octobr. jurant. Imperii comitiis a. 1610 Augustae Vindelicorum habitis Hamburgum imperii urbs immediata declaratur atque d. 6 m. Jul. a. 1618 ab imperii judicio camerali sententia exemtionis publicatur. Tamen ejusdem anni mense Septembri circuli Saxoniae inferioris comitia Hamburgum a comitiis excludere decernunt. (Eandem urbem jus sessionis suffragiique habere circuli comitia a. 1558 nominatim agnoverant et m. Februar. a. 1559 Hamburgi etiam comitia habita erant). Illud comitiorum circuli decretum, ut comitiorum jura ac potestatem excedens, Caesar mandato cassatorio d. d. 30 m. Jun. a. 1620 tollit atque inducit, urbemque ad proxima circuli comitia evocari ac nullo modo a sessione suffragioque impediri jubet.

Christiani regis praecipua contra Hamburgum facta erant a. 1619 urbis Gluckstadii aedificatio, tum a. 1620 interdictio, ne Hamburgenses in Islandiam et in quasdam urbes Danicas navigarent; denique m. Maj. duas naves bellicas in Albi flumine posuit, quae jura majestatis exercerent.

Certe Hamburgensibus haud difficile erat, a duabus his navibus sese liberare, sed senatus Hamburgensis ancipitem immedietatis vel ditionis statum non aegre tulisse videtur, unde ansam cepit tributorum imperii recusandorum. A Dania Hamburgo tanta jura ac privilegia, ut ditio solum nomine valere posset, multaque

Digitized by Google

commoda mercatoria concessa erant, urbem vero regi vel duci tributa pependisse non reperi[99]). Rerum quidem naturalium certam copiam Hamburgenses videntur duobus ducibus quotannis donasse[100]), id quod tributum appellari nequit. Senatus cum rege actionem iniit ab eoque petiit, ut priore sua gratia urbem amplecteretur. Foedus feritur Steinburgi d. 18 m. Jul. a. 1621, quo Hamburgum promisit, usque ad certam disceptationem revisionis, quam Christianus adversus sententiam judicii imperialis poposcerat, se nullo modo aut imperatoris procuratorem adjuturum aut revisionem impediturum, sed ducibus Holsaticis fidem servaturum iisque mortuis perinde eorum successoribus. Vicissim Christianus atque Fridericus urbi gratiam promittunt. Interea imperator urbem ad imperii tributa pendenda movere saepius ten-

[99]) Pensio, quam Hamburgenses regi Friderico II solverunt, aliam habet naturam. Rex enim a. 1573 triginta naves Hamburgenses retinuerat, quas e foedere Flensburgii a. 1579 icto restituit, postquam Hamburgenses ad gratiam pro gratuita navium restitutione referendam regi thalerorum milia centum quinis pensionibus annuis solvere se obligarunt. Bärmann, Hamburgische Chronik. II Thl. Hamburg 1822. Vol. II.

[100]) „Am allermeiſten wundern ſich die Hamburger, daß man zu einem Beweiß und Erkanntnuß Lands-Fürſtlicher Hoheit und Gewalt däniſcher Seits anziehen mag die Ueberlieferung einer Ohme Weins, eines Faſſes Zerbſter-Biers, 100 Pfund Reis und 50 Pfund Mandel, welches alles jährlich nacher Segeberg und Gottorf von der Stadt Hamburg geliefert wird. Dann wann daraus einige Gewalt über Hamburg zu vermuthen, ſo würde das Fürſtl. Haus Holſtein geſtehen müſſen, daß es gleichfalls der Stadt Unterthänig, weil es dem Rhat in Hamburg etliche Stücke Wildpret überſchicken muß." Tagebuch der jäh vorgenommenen Belagerung Hamburgs. 1668.

Digitized by Google

tavit. M. Maj. a. 1624 imperatoris legatus Hamburgum venit, qui ibi resideret, imperatoris privilegia ac regalia observaret tributaque diu jam residua exigeret[101]). Certaminis, utrum Hamburgum ad imperium an ad Holsatiam pertineat, momentum tum augebatur, cum imperatoris atque ligae exercitus Saxoniam inferiorem occuparent atque partes catholicae hoc circulo potiri studerent, nec sane fortuitum erat, quod imperatoris legatus eo tempore Hamburgum ad residendum venit, quo propinquus exercitus magno erat subsidio.

Episcopatuum acquirendorum atque commerciorum Hispaniensium ratio maxime regem et senatores moverat, ut a parte Caesaris starent. Accessit, quod Christianus ipse principum auctoritatem magni aestimans Palatini res in Bohemia gestas vehementer reprehendebat. Pulsum principem, cum a. 1621 eum vidit, valde accusasse et objurgasse dicitur[102]). Attamen regem jam

---

[101]) „Ap. Wurm l. l. Relatio Foppii ab Aitzema, d. d. Hamburg 15. Mai 1624: „Hier ist vor einigen Tagen angelangt ein Envoyé vom Kaiser, mit dem Auftrag hier zu residiren und er soll Befehl mitgebracht haben an diese Stadt, an Lübeck und Bremen, dafs sie ihm jährlich 1200 Thlr. zu seinem Traktament bezahlen sollen. Seine Haupt- und principale Weisung soll sein, dafs er des Kaisers Angelegenheiten hier verrichte und auf des Kaisers Vorrechte und Regalien an diesen Plätzen Aufsicht halte. Er soll einfordern Retardaten von Reichssteuern, welche diese Stadt seit vielen Jahren nicht bezahlt hat, aus Ursache dafs der König von Dänemark prätendirt, sie sei seine Landstadt — die Forderung soll sich über 200000 Thlr. belaufen."

[102]) Aitzema I. p. 40. Müller, Forschungen. 3. Lieferung. Dresden 1841.

Digitized by Google

a. 1624 paratum fuisse vidimus ad propositam confoederationem accipiendam, sed senatorum scrupuli eum a consilio suo revocarunt. Inceptam restaurationem catholicam, quae in electione Osnabrucensi jam apparuit, Saxoniae inferioris occupationem apud regem permultum valuisse nobis putare licet, adversus senatores vero eum ostendisse vidimus, quam periculosum sit rebus Danicis, si Suecia ceterarum nationum subsidia accipiat. A. 1624 nonnulla accesserunt, quae consiliorum discrimen facerent. Continuata catholicismi restauratio etiam in Germania septentrionali ex antistitis muneribus monasterii Mollenbeck et cathedralis Bremensis ad pontifices catholicos delatis, sicut e Tillyi contentionibus Hildeshemiensibus et Halberstadiensibus comparebat[103]). Deinde in Hamburgum Caesar fortius acturus videbatur. Tum Gustavus Adolphus regis Angliae atque electoris Brandenburgensis invitationes acceperat iisque fortissimis conditionibus proponendis responderat et res Germanicas omni vi et studio agressurus erat. M. Decembr. Tilly et comes de Anhalt se copias suas e Saxonia inferiore non reducturos, quin etiam plures adducturos esse aperte professi sunt.

Iteratam regis Angliae invitationem Christianus libenter secutus est, quam celerrime conquisitiones militum instituit, principes Saxoniae inferioris sibi conciliare tentavit. Hosce autem non ita facile conciliari posse Christianus exspectavit; perscripsit enim quaedam capita, de quibus Lauenburgi deliberaretur, e quibus

[103]) Mailáth, Geschichte Oestreichs. — V. d. Decken, l. c. vol. I.

Digitized by Google

primum et postremum proferam[104]). Primo capite Christianus non necessarium dicit novum circuli praefectum eligi idque sine dubio, quia se ipsum creatum iri non putavit. Ex undecimo capite Sueciam cognoscimus conjunctionem cum circulo appetivisse, circulum vero, si hanc conjunctionem ineat, in bellum „in infinitum“ incursurum Christianus censet[105]). Melius cessisse, quam mente praeceperit, Christianus etiam in epistola, quam memoravi d. d. 26 m. Mart. professus est[106]).

---

[104]) Molbech l. c. No. 171. Undecim capita sunt, quorum novem ad singulas defensionis apparandae res pertinent.

[105]) „Capita, So bey dem neueren Conuent in deliberation gezogen vndt erörtert werden ſollen.

1. Erſtlich: Ob man einen Kreyßobriſten erwehlen oder ſonſten ein ander Haupt zu der Direktion des werckes verordtnen wolle?

11. Weill der Königl. Schwediſche Herr Abgeſanter ſich bei dem Directorio angegeben vnd vermeldet, das ſein gnſter König vnd Herr iemats abgeſchicket, bey den anweſenden geſanten eine Conjunctur zu ſuchen.

Ob ſolche Conjunctur zu verwilligen oder aber abzuſchlagen?

1. Weil der kreiidtz ein grotz theill Ruiniret, So konte man ſich mit der Direction derer diiner vndt Rethe, So noch wbergebliiben, woll Eiin zeiitland behelffen.

11. Weil zu dem Punct ausfiihrlich fohrher geandtwortheb, ſo iſt weither darauff nit nöthigh zu andtworthen; vndt konthe dii Conjunctur dem kreidtze nit mehr fortheill thun, alß daß ſii ſich den kriick in infinitum auff halß laden konthen, dan Eß nimmer Ein ende Erlangen konthe, der kon: in Sueden wehre den ſeineß gefallenß contentiret.“

[106]) Epistola ab his incipit verbis: „Sagerne ſtaae vel. Denne Kredsdag haffuer nu ende. . . . . Ted gyck bedre aff, end ieg tenckt haffde.“

Digitized by Google

De conventu regis cum electore Brandenburgensi ac de communi utriusque principis ad Gustavum Adolphum legatione fusius jam dixi, sed ut regis Christiani his in actionibus consilia plane cognoscamus, duo etiam acta in medium proferenda sunt[107]). I. Libellus duas in partes divisus: „dii vrſache wohrum Ich fuhr diſmahll den Churfurſten von Brandenburch haabe Sprechen wollen." Quem libellum ante colloquium cum electore scriptum esse argumento dilucide evincitur[108]). II. Epitome instructionis d. d. 19 m. April. senatori Thomsen Sehested datae, qui d. 21 m. April. legatus Christiani in Sueciam profectus est cum additamento ab ipsius regis manu d. d. 20 m. April.

Primo in scripto Christianus dicit, cum regis Sueciae conditiones optimae sint, petere se ab electore, ut Gustavum Adolphum ad Christiani exercitum sumtibus restituendis suscipiendum et ad actionem cum principibus

---

[107]) Molbech l. c. No. 197 et No. 174 cum annotatione Molbechii. Cfr. p. 32 sqq.

[108]) Molbech de tempore, quo libellus scriptus sit verba haud perspicua facit; annotationis suae initio eum sine dubio a. 1625 scriptum esse ait atque, quod omnia ostendere videantur, non multo postquam regis exercitus contractus esset. In fine autem addit, interdum ex aliis fontibus apparere (Imiblertib er bet af andre Kilder klart), scriptionem e superiore tempore esse, quam diserta regis verba de exercitu jam collecto prodere videantur. Argumentum libelli, cum eo congruens, quod Sigismundus a Goetzen de colloquio regis et electoris in relatione ad Gustavum Adolphum (Moser V) affert, libellum ante colloquium scriptum esse satis probat.

Digitized by Google

circuli aliisque cum civitatibus continuandam moveat[109]). Quod petitum statim secunda sequitur propositio, si elector primam inire nolit, quaerendum esse, quid rex Sueciae et elector praestare velint[110]). Christianus eos ponit alterum exercitum paraturos esse, quem nullo ex usu fore censet, cujus rei hanc unam tantum causam profert: si ipse superatus sit, etiam exercitum Suecicum non multum effecturum esse. Sin Suecia et elector exercitum Danicum juvare vellent, electorem hoc consecuturum esse emolumentum ut et Saxoniae elector nullam capiat suspicionem et terrae Brandenburgenses militum transitu non onerarentur[111]).

---

109) „Ich befiinde auch dieſelbige fohrſleege dergeſtaldt beſkaffen daß ich fuhr meine perſohn diſelbige nicht zuuerbeſſerrn weiß, da ſii nur können practiciret werden."

„Alß wolthe ich dem v. Brandenburch freundvetter- undt Sueger-lichen gebethen haben, Er wolle dem gemeinem wehſendt zum beſten den ko: v: Sueyden daarhiin Disponiren daß er diſſe Armei, So itzo beiſammen, der ſeinigen adiungiren wolthe, undt mir meine gebaane koſten Erſtatten, undt ferner mit dem Nyderſexigem kreydtze undt andere confoederanten uhm fernere zulaage tractiren."

110) „(I Ubkaſtet, ſkrevet med Blyant, fandtes desuden Folgende:) Secunda propositio.

Da ſich nun Brandenburch Enſkuldigen muchte daß ihm Solches nicht thunlich, auch bei Sueden ſolches nicht zuuerrichten vermeinen wurde, wirdt Endlich di fraage ſein: waß dan der Suede undt Er thun wollen."

111) „Wan auch Sueden undt Brandenburch zu diſſer Armei ſich verſteen werden, konthe noch diſſer nudtz dem Brandenburger zuuaxen, daß daa Er vnuermerkt tractirete undt ſtille ſeſſe, So wurde Er bei Saxen ihn keiner verdacht kommen, undt muglich Saxen durch daß exempell neutrall verbleiben, auch Seine Lender deß durchzugß verſkonen,

Digitized by Google

Quorum propositorum connexione indicatur Christiano regi et jam antea persuasum fuisse, primam propositionem nunquam acceptum iri, et regem Sueciae belli gerendi participem nullo modo acceptum fuisse, sed clam tantum a rege atque electore adjuvari ei placuisse. Causae quibus alteram propositionem probat, prorsus ad Georgii Guilelmi indolem naturamque compositae sunt. Magis etiam Christiani consilium aperitur, si hujus conventus effectum, communem ad Gustavum Adolphum legationem, quam ab ipso Christiano propositam esse e relatione Sigismundi a Goetzen jam cognovimus, consideramus atque inprimis, quomodo legati communem legationis finem proferant. Quae Zechlini convenerint et qua de causa legati in Sueciam missi sint, tantummodo e legati Brandenburgensis relatione cognoscimus. Duos jam locos citavimus e relatione legati Danici, quibus Christiani propositiones continentur; reliqua relationis parte legatus, quod Dania non adjuvetur, graviter queritur ostenditque auxilium, quod Christianus a Suecia optat. Gustavus Adolphus enim peditum milia quattuor Ordinibus Generalibus promiserat, hac conditione, ut Dania „commune negotium“ susciperet[112]). Haec quattuor peditum milia Christianus expetivisse videtur, quia in legati relatione (neque minus in instructione) identidem dicitur, Ordines Generales

---

welche zur contribution Ein groſſes helffen kan daa man ſonſten, ſo weit di durchzüge ſein wurden, nichtes haben würde.“

[112]) Oxenstierna ad Camerarium d. d. 10 m. Februar. a. 1625. ap. Moser l. c. V.

Digitized by Google

hisce subsidiis praestandis renunciaturos esse, „cum eorum tantopere intersit, ut res Germanica restituatur.“ Accuratius etiam in relatione Francogallica scriptum legimus[113]), Christianum a Gustavo Adolpho quattuor regimenta veteranorum, tria Germanica unumque Scoticum expetivisse.

Fragmenta instructionis legati Thomsen Sehested, quae Molbech exhibet, non magis quam ipsa relatio sinceram propositionem continent, qua paene omnia illa instructionis fragmenta ad verbum repetuntur. Ipsius regis manu instructioni duo adscripta sunt additamenta[114]), quorum in primo Christianus earum urbium maritimarum, quae sibi repugnare vellent, occupationem sibi vindicat atque sperat, id regi Sueciae non fore adversum, ad quod a legato prolatum Gustavus Adolphus tecte respondet, se sperare, urbes maritimas non

---

[113]) d'Espesse ad secretarium d'Oquerre. d. d. 5 m. Maj. a. 1625. ap. Vreede, Inleiding tot eene Geschiedeniss der neederlandschen Diplomatie. I. p. 171.

[114]) Molbech l. c. n. 174.

„Dette ſkall annecteris Instructionen.

Om Soſtederne Enten En eller fleere ſyg ymod dette gemeene Werk wille opponere, hvorudoffver man kunde bliffve foraarſaget dennom att Tyltaale, om ochſaa ſligdt Kon: aff Sverrig kunde verre ymod.

Actum Roßenborrig den 20 Aprilis Anno 1.6.2.5.

Christian.

N. B. Saa frambt Kon: aff Sverrig vill antaage Myn geworben Armei, daa ſkall den Hannem ſtrax, naar Hans commissarier ahnkommer, tilſtillis, dog cum restitutione expensarum.“

fore inimicas[115]). Secundo additamento illud omnis jam contracti exercitus Danici regi Sueciae tradendi propositum continetur, cujus de sinceritate me jam satis dixisse arbitror. Monendum etiam illud est, quod ipsa instructione non continetur sed margini adscriptum est.

Acta epistolaeque, de quibus diximus, Christianum declarant actuosam regis Sueciae societatem nequaquam voluisse, sed potius timorem, ne Gustavus Adolphus aliarum civitatum auxilium accipiat, apud regem non sine momento fuisse in decernendo, id quod etiam ad intelligendum facilius existit e naturali ambarum civitatum obtrectatione malisque, quae diu jam inter eas intercesserant, conditionibus ac regum animis aversissimis. M. Octobri a. 1624 Christianus etiam actiones iniit cum Polonia et foedus quidem, quod convenerat, id solum spectare, ne altera civitas in alteram hostiliter ageret, Christianus electori Brandenburgensi dixit[116]), legati autem Danici apud regem Sueciae epistolae interceptae certe alias etiam prodebant actiones, cum Gu-

---

[115]) *Legati Danici relatio:*
„Sed si contingeret, ut una vel plures urbium maritimarum huic negotio publico opponere se vellent, et Suae Regiae Mti exinde causa daretur eos coercendi certe confidit S. R. Mtas id R. Mti Vestrae non fore ingratum."

Regis Sueciae responsio:
„Quod urbes maritimas Germaniae attinet, sperat S. R. M. cum de omnium rerum statu recte informatae fuerint, viderintque rei publicae commodum quaeri, eas non minus quam omnes alios, periculum sibi imminens apprehensuros seque bono publico accommodaturos."

[116]) Relat. Sigismundi a Goetzen: „dafs keine Crone wider die andere einige Hostilitaet vornehmen sollte."

Digitized by Google

stavo Adolpho ansam darent copias ad satisfactionem e vestigio capiendam contrahendi (m. Januar. a. 1625). Legato Francogallico, domino des Hayes, summis studiis contigit, ut controversia componeretur aliusque legatus in locum accusati mitteretur[117]). Hac occasione usus des Hayes — „conscio rege Daniae“ — Gustavo Adolpho conventum cum Christiano IV proposuit, cui cum Gustavus Adolphus assentiretur, Christianus se excusavit[118]). Etiam epistolae, quae impressae sunt, regis Christiani ac cancellarii Suecici Axelii Oxenstiernae regum animos sibi alienissimos fuisse ostendunt, quod mirari non licet, quoniam civitatum, quas regebant, ipsa natura ad obtrectationem impellit eoque magis, quod eodem tempore utraque civitas strenuo ac bellicoso rege uteretur, qui pariter potestatem suam in mari Baltico augere et ad Germaniam septentrionalem extendere nitebantur.

Aulae Angliae et Daniae cum magis privata ac singularia quam communes evangelicorum res spectare videantur, prorsus alia apparet mens Gustavi Adolphi. In actionibus quidem cladem quandam accepisse videtur Christianusque victor discessit, rerum autem exitus consilia regis Sueciae defendit. Haec tamen accuratius explorari nequeunt ex iis, quas nos tractamus, actionibus, cum et priores contentiones et res postea gestas considerari opus esset, id quod minoris momenti esse

[117]) Slange, Gesch. Christians IV. ed. Schlegel. Oxenstierna ad Camerarium d. d. 23 m. Januar. a. 1625.

[118]) Oxenstierna ad Camerarium d. d. 10 m. Februar. a. 1625. ap. Moser. l. c. V.

Digitized by Google

videtur; nostrarum enim actionum disceptationem Gustavus Adolphus magis passus est quam effecit. Ex his jam, quas contulimus, rebus cognosci potest, eum a. 1624 et 1625 ad arma in minantem domus Habsburgicae praepotentiam capienda paratum fuisse. Regis propositiones tales fuisse vidimus, ut Christianus et se nescire diceret, quomodo corrigi possent, et belli gerendi rationem a Gustavo Adolpho propositam ipse sequeretur; eaque, quae a confoederandis postulabat, in natura rerum posita, neque collatis opibus, quibus liga et imperator fruebantur, nimia fuisse eventus manifestavit. Facilem etiam Gustavus Adolphus se praebuit, cum exercituum divisione approbata etiam in belligerandi ratione constituenda confoederandorum voluntatem sequeretur. Nam quamvis iter per Cassubiam et Poloniam maxime e re Suecica esset, tamen et Angliae et Daniae contradicenti Gustavus Adolphus cessurum se ait aliaque itinera proposuit. Actione tum ab Anglia et Dania ad irritum redacta priora sua consilia repetiit iter in Germaniam superanda Polonia sibi aperiendi confoederatisque dixit, se evangelicis Germaniae, etiamsi Dania superetur, non defecturum, atque ad opem iis ferendam omni tempore paratum se fore, si certa subsidia sibi praestentur, Daniam tamen juvare recusavit. Studiosissimus quidem potestatis catholicorum frangendae auctoritatem Daniae adaugere nullo modo voluit. Jam pauca, quae de vita ingenioque Gustavi Adolphi disputavimus, eum hoc potissimum egisse declarant, ut futurum prospiciens res Suecicas cum communi evangelicorum causa tam arcte conjungeret, ut eadem ratione et patriae

Digitized by Google

magnitudinem condere et communem rem evangelicam defendere posset.

A Suecia ad aulam Berolinensem, affinem et Gustavi Adolphi et comitis Palatini, jam conversi electorem videmus in mediis rebus evangelicis catholico usum ministro. Terrarum, quas elector in Borussia et ad Rhenum possidebat, situs expositus inimicis et apertam actionem contra Caesarem periculosissimam et ancipitem reddidit et effecit, ut elector ope civitatum evangelicarum, praesertim, quod terras Rhenanas attinebat, Ordinum Generalium auxilio carere non posset. In aula electorali duae partes sibi oppositae erant, quarum altera ministro auctore concordiam cum Caesare servandam, altera, cujus inter socios Bellinius studiosissimus erat[119]), fortiora capessenda consilia suadebat. Schwartzenbergio[120]) absente elector ad illam, quam jam attigimus, missionem in Daniam et Sueciam motus est atque Bellinium legatum amandavit. Bellinii studium, quo postea conditionum Suecicarum approbationem Parisiis et Londini agitabat, atque ipsius electoris operam, ut Christianum IV et Gustavum Adolphum consociaret, jam cognovimus. Bellinius vero hac occasione simul usus est ad rem Juliacam hostibus potestatis Habsburgicae commendandam atque a Gallia promissum accepit, Mans-

[119]) Droysen (Geschichte der preufsischen Politik. III, 1. p. 36 sq.) praeter Bellinium ab hac parte etiam electoris conjugem, Friderici V sororem, ejusque matrem, quae post Palatinatus occupationem Berolino perfugio utebatur, atque e consiliariis quosdam stetisse dicit.

[120]) Droysen l. l. p. 40.

Digitized by Google

feldii milites per electoris terras Rhenanas transeuntes in electoris emolumentum quaedam facturos esse[121]). Ad foedus autem feriendum cum ventum esset, elector prorsus recessit.

Consilia electoris e duobus actis perspicere possumus[122]): ex instructione legati Hagam Comitis mittendi d. d. 27 m. Octobr. 1625, atque ex ingressu relationis de colloquio legati Brandenburgensis cum principe Transsilvaniae d. 5 m. Mart. a. 1625 habito. A principe Transsilvaniae petitur, ut in instante conventu Hagensi, ad quem elector publice legatum non mitteret, tria contendat: „Als am 5. März bei dem Herzog des Zustandes in Deutschland gedacht und er gebeten, bei bevorstehendem Haager Convent sich des Churfürsten von Brandenburg Interessen, der den Konvent nicht offentlich beschicken und sich pro membro foederis erklären könne, anzunehmen und besonders

a) daß die Conföderation den Churfürsten in die beschützung mit aufnehme auch ehe er sich erkläre.
b) daß die recuperation und conservirung der Jülichschen Lande communi voto accordirt, weil an dieß Land communi causae aufs höchste gelegen.
c) daß Magdeburg in keine solche Hände komme, denen nicht zu trauen, sondern bei Brandenburg bleibe, theils wegen des Elbstromes theils wegen der Direktion des niedersächsischen Kreises.

---

121) Cfr. annotationem 44.

122) Amborum actorum, quae in secreto archivo Berolinensi reperiuntur, exempla atque excerpta e Bellinii relationibus Parisiis scriptis a viro illustrissimo professore Droysen comiter mihi communicata sunt, cui de hac liberalitate, facere non possum, quin sinceras agam gratias.

Digitized by Google

ſo hat der Fürſt hierauf Bedenkzeit genommen ꝛc." Instructionis d. d. 27 m. Octobr. tres partes discerni possunt, quarum in prima verbis acutis et concinnis confoederationem necessariam esse exponitur actionesque jam initae referuntur, altera autem in parte legato praescribitur ut ad quaestionem, num elector se foederi adjungeret, nihil certi respondeat, donec non jam dubitari possit, quin foedus feriatur; tum demum singulis legatis aperiat, electorem ad confoederationem postea cum omnibus terris, quas jam habeat et quas etiam acciperet, accessurum esse, impraesentiarum autem accedere non posse. Tertia parte res duodecim enumerantur, quarum ut in foedere icendo ratio habeatur, elector optat, quaeque partim ad rationem instantis belli gerendi, partim ad imperii constitutiones in evangelicorum emolumentum corrigendas, partim ad singulares res Brandenburgenses pertinent. Memoranda etiam est summa, quae adhibenda legato praescribitur, cautio, etenim conventus legatorum adire atque publice se legatum electoris gerere vetatur. Idem testimonia auctoritatis solum pro principe Friderico Henrico et pro senatore Joachimo accipit sicut apertum diploma ceteris legatis ad legendum dandum, sed statim recipiendum sub excusatione, imperatorem de omnibus electoris actionibus certiorem fieri atque ejus cum rege Angliae actiones jam vituperasse.

Haec instructio electoris nomen subscriptum non habet ac sigillum etiam postea agglutinatum videtur, quae res idcirco majoris sunt momenti, quod elector apud conventum Hagensem nullum legatum videtur ha-

Digitized by Google

buisse[123]). Qua de causa haec instructio commentarius tantum fuisse videtur, qui non vertebatur in usum, quia nullum mittere legatum constituebatur. Electoris consilia, qualia colloquium cum principe Transsilvaniae, instructio d. d. 27 m. Octobr., intermissa legatorum missio ostendunt, cum existimare non possimus inita jam fuisse, quo tempore Galliae atque Angliae impulsu elector Bellinium Hafniam et Stockholmiam misit: nunc nobis considerandum est, quibus causis consiliorum conversio effecta sit. Eam ex parte tribuendam esse contentionibus Schwartzenbergii putari potest, praesertim cum ille m. Novembr. a. 1624 Berolinum rediisset atque ejus auctoritas emolumentis, quae in rebus Juliacis modo assecutus erat, utique etiam aucta esset; neque vero etiam aliae causae politicae desunt. Prima, quod Suecia paullatim ab Anglia et Dania ex actionibus removebatur, quod quidem non solum intercessisse colloquio illo cum Bethlenio Gaboro d. 5 m. Mart. habito probatur. Legatum in Transsilvaniam profectum jam m. Januar. instructum esse necesse est, sed Aprili demum et Majo electoris, quas memoravimus, contentiones fiebant, ut Christianus et Gustavus Adolphus consociarentur. Haud leve erat, quod elector in rebus Juliacis jam a. 1624 vertente quaedam adeptus erat commoda[124]). D. 11 m. Maj. pactio cum comite Palatino Neoburgensi

---

[123]) Rufsdorf, consilia et negotia politica X. Cfr. annot. 143.

[124]) Aitzema I. p. 457 sq. — E. von Schaumburg, die Brandenburg-Preufsische Herrschaft am Niederrhein und in Westfalen. Wesel 1859. — Senkenberg, l. c. Vol. 25.

Digitized by Google

de terris controversis ad tempus dividendis vel communiter administrandis tandem convenerat, militesque Brandenburgenses quaedam ab Hispanis occupata oppida iis eripuerant; deinde post diuturniores actiones Schwartzenberg d. 23 m. Octobr. Hagae Comitis foedus fecerat, quo auxilium et tutela Ordinum Generalium longius in tempus confirmabatur. Inprimis autem rem Juliacam electorem impulisse, ut bonam cum hostibus potestatis Habsburgicae consuetudinem servaret, jam vidimus, nunc partem consilii sui circa terras Juliacas jam assecutus erat, simul autem actiones cum Ordinibus Generalibus ostenderant, eos fortioribus etiam electoris actis ad liberale et integrum auxilium ferendum non impulsum iri. Magnae difficultates Schwartzenbergio superandae erant, priusquam foedus feriretur, conditionesque electori subscribendae molestae erant, attamen elector subscripsit, cum Ordines Generales ad meliores conditiones non posse commoveri videret. Valuisse etiam apud electorem deminutam spem prosperi eventus, aulae Anglicae languorem, expeditionem maritimam in Hispaniam susceptam atque ad irritum redactam nobis arbitrari licet, quibus fortasse momentis id tribuendum, quod instructio d. d. 27 m. Octobr. non adhibebatur, nec legatus ad conventum Hagensem mittebatur.

Electoris rationibus politicis multo fortiora consilia circuli Saxoniae inferioris videntur, quem quidem in duas paene aequales partes divisum esse vidimus. In natura societatis politicae sane positum videtur, quod talis sociorum divisio etiam ex decretis societatis appareat, sed contrarium in circuli Saxoniae inferioris

Digitized by Google

comitiis cernimus, quod ad actiones pertinet. Longiores actiones partim a principibus convocantibus, partim a duobus comitiis circuli, ad hunc finem m. August. a. 1625 atque a m. Novembr. a. 1625 usque ad exitum Februarii a. 1626 Brunsvici habitis, cum Caesare, cum Tillyo, cum principe Friedlandiae initae sunt; electores Saxoniae et Brandenburgi legatos miserant ad compositionem — vel ut dicebatur interpositionem —; quarum actionum scripta paene omnia eodem jam tempore, partim crebrius, impressa sunt[125]), unde his actionibus ab aequalibus magnum tributum esse momentum liquet. Etsi vero eadem scripta propter grave dicendi genus, deinde propter artem actionum ducendarum ingeniose adhibitam (contigit etiam his actionibus, ut cum regis Daniae emolumento bellum aliquoties duceretur), tum propter diversum agendi genus legatorum Tillyi et Wallenstenii, quorum alteri servari pacem, alteri tantum actiones finiri voluisse videntur, etiamnunc cum voluptate leguntur, tamen illae actiones nullum habuerunt momentum ad rerum exitum, cum comitiorum verbis nullo modo opes sociorum respondeant. Auctoribus illarum literarum animosis concedas actum esse de summis principum ordinumque bonis, quamdiu exercitus catholici circulum obsiderent episcopatusque evangelicos in potestate haberent, major autem comitiorum pars idoneam resistendi potestatem non habebat. Soli prin-

[125]) Omnia haec acta etiam ap. Londorpium Vol. III reperiuntur, excepto solo imperatoris mandato d. d. 3 m. April., quod una cum tribus ordinum Brunsvicensium epistolis (cfr. annot. 126) impressum est.

Digitized by Google

cipes circuli — quattuor insuper principibus exceptis — a parte Christiani IV, ut exposuimus, stabant, quibus quidem contigit, ut in comitiis majorem partem sibi pararent, sed iidem ne earum quidem, quas ipsi regebant, civitatum opes in potestate habebant.

Dux Brunsvicensis ab ordinibus suis jam ante pugnam apud Lutteram (17/27 m. Aug. a. 1626) coactus est, ut omnem cum rege Christiano conjunctionem rescinderet. Diplomata quidem, quibus dux atque ordines fidem suam Caesari confirmant, d. 26 et 29 m. Aug. (vet. styl.), ergo post illam summi discriminis pugnam subnotata sunt, sed hi dies finem tantum actionis cum Tillyo initae significant. Jam m. Jun. Fridericus Ulricus ordinibus instigantibus paratum se esse edixerat, sese Caesari subjicere jamque hac de re tractare coepisse[126]). D. 13 m. Aug., quattuor diebus ante pugnam Lutterensem a praefectis militum Danicorum, qui consensu ac voluntate ducis urbes Brunsvicenses occupaverant, vim minitatus postulavit, ut statim e finibus suis egrederentur, iisque Tillyi nomine fidem dedit tutae usque ad fines Brunsvicenses profectionis[127]).

Administrator archiepiscopatus Magdeburgensis, cum capitulum ordinesque belli societatem capessere nollent, suo sumtu novem militum centurias conduxit regique

[126]) Tres epistolae ordinum Brunsvicensium ad ducem vel ejus consiliarios d. d. 17 m. Jun., 28 ejusd., tertia sine dato, separatim impressae sunt omisso loco et dato. In Bibl. Berol. ad bell. tric. Vol. 58, 15. Altera jam epistola ad responsum ducis pertinet, quo hic se jam de subjectione agere retulit.

[127]) Hae literae exstant ap. Londorp. III. p. 873.

Digitized by Google

Daniae adduxit; ipse quidem fidem libertatemque defendens regnum amisit[128]).

Ordines Megalopolitani m. Septembr. a. 1625 et auxilium a comitiis circuli decretum et sumtus ad muniendos fines postulatos denegarunt[129]). Duces per literas regis Daniae admoniti, ut tandem debitum auxilium mitterent, d. 15 m. Decembr. regem rogant, ut aliquantum temporis exspectet, eique ordines nunc propensiores videri referunt. Ac sane ordinum concilium m. Januar. in urbe Guestrovia habitum et circuli triplex auxilium et militum trecentorum conquisitionem concessit[130]). Tamen dubitandum est, num milites ad exercitum Danicum adducti sint. Uterque dux ab imperatore evocatus, ut regem Daniae desereret, satis propense respondet d. 2 m. Aug., cujus rei Christianum literis d. 4 m. Aug. scriptis certiorem faciunt. Tredecim diebus post pugnam Lutterensem d. 30 m. Aug. apud regem conqueruntur, milites Danicos fugientes fines Megalopolitanos transiisse, qui ut statim abducantur, postulant. Eadem epistola regem certiorem faciunt, se imperatoris mandatum avocatorium d. d. 3 m. April. a. 1626, quo edicitur, ut intra quattuor septimanas sub poena proscriptionis omnes a circulo Saxoniae inferioris vocati milites dimittantur, in terris suis jam publi-

[128]) Rathmann, Geschichte der Stadt Magdeburg. 4 Bände. Magdeburg 1800—1816. Vol. 4. — Hoffmann, Geschichte der Stadt Magdeburg. 3 Bde. Magdeburg 1850.

[129]) Lützow, Pragmatische Geschichte von Meklenburg. Berlin 1835. Vol. III.

[130]) Eod. loc.

Digitized by Google

casse[131]). Milites Megalopolitani in utrisque literis d. 4 et 30 m. Aug. non commemorantur, de quibus, si jam apud exercitum Danicum fuissent vel inter eos, qui fines Megalopolitanos transierant, numerandi essent, in epistola d. d. 30 m. Aug. sine dubio actum esset; neque duces, quam diu ipsorum milites apud exercitum regis fuissent, mandatum avocatorium publicasse pro certo haberi potest.

Ut archiepiscopus Bremensis regem Daniae adjuverit, tantum abest, ut locos quosdam, quos a militibus occupari ipsius belli gerendi causa valde necesse erat, non tradiderit, sed armis defenderit. Verumtamen milites Danici m. Jun. 1626 hos locos expugnarunt et occuparunt. Imperatoriis autem militibus, qui post pugnam Lutterensem per archiepiscopatum transibant, Joannes Fridericus sese non opposuit[132]).

Regis cognatus regnique Holsatici socius, dux Fridericus, usque ad pugnam Lutterensem quidem regi opitulatus est, sed m. Octobri Caesari se subjecit[133]).

Quod plerumque principes circuli Saxoniae inferioris post pugnam Lutterensem a rege defecisse traduntur, veluti a Schlegel et Molbech, id tantummodo ad ducem Holsatiae referendum est. Jam ante illud proelium dux Brunsvicensis ducesque Megalopolitani regem deserue-

---

[131]) Ducum epistolae ad regem Daniae actionumque cum Caesare initarum scripta in Apologia Megalopolitana inveniuntur, append. 163 sqq. De Caesaris mandato avocatorio vd. annot. 125.

[132]) Duntze, Geschichte von Bremen. 4 Bde. Bremen 1848. Vol. 3.

[133]) Slange, Geschichte Christians IV. ed. Schlegel.

Digitized by Google

runt et archiepiscopus Bremensis eidem armis adversatus est.

Ordines autem, qui ab initio adversus omne inceptum bellicosum sententias tulerant, milites Christiano adduxisse non censendum. Comitia quidem Brunsvici m. Maj. a. 1625 habita decreverant, vim adhibendam esse in omnes, qui debitum auxilium non praestarent; sed quomodo cogi potuissent inviti, cum hostis medio in circulo versaretur et ne ii quidem principes, qui decretorum illorum auctores fuerant, milites adducerent. Neque usquam memoratur, Christianum a minoribus ordinibus quidquam auxilii accepisse. Duces Luneburgenses ac dux Saxoniae Lauenburgensis a parte Caesaris pugnabant, neque ignotum est, copias Luneburgenses pugnae Lutterensis discrimen fecisse.

Auxilium igitur a circulo regi Daniae latum novem centuriis ab administratore Magdeburgensi conductis atque — usque ad m. Octobr. a. 1626 — manibus Holsaticis constitisse videtur; namque milites Brunsvicenses, qui jam ante primum majus proelium regem deseruerunt, vix huc referendi sunt. Belli tamen detrimenta praecipue circulo sufferenda erant. Principes sane, qui missionem Lauenburgensem subsignarunt, tunc promptos fuisse ad fidem libertatemque fortiter defendendam pro certo habeo et solum ducem Brunsvicensem jam m. Maj. a. 1625 haesitasse vidimus, praesente autem periculo perterriti omnes a rege defecerunt. Solus administrator Christianus Guilelmus animo infracto a rege stetit regnumque quidem amisit, sed honorem servavit. Praeterea principum potestas e voluntate ordinum su-

Digitized by Google

spensa erat nobilesque ordinibus adscripti non minus quam majorum urbium senatores et capitulorum canonici tranquillitatem quavis conditione belli jacturis praeferebant. Quos omnes nil aliud spectasse quam tranquillitatem ac proprium commodum belli tricennalis historia non tantum in Saxonia inferiore, nec tantum hac in parte belli actionumque ostendit. Longum quidem est singula, quae hanc sententiam probent, e singulis civitatibus conferre; memoranda autem sunt e Saxonia inferiore episcoporum catholicorum electiones ordinumque Megalopolitanorum celeritas, qua duces suos deseruerunt, habitusque erga novum principem, cui multo faciliores quam nec antea nec postea unquam legitimis ducibus se praebebant. Majores circuli urbes, praesertim Hamburgum, Bremam et Lubeccam neutram sequentes partem, utramque tamen adjuvantes, ubi emolumentum percipi posset, hoc bello toti Germaniae perniciosissimo et opes et potestatem magnopere auxisse notum est. Nec vero non accidit, ut incolae urbium ac minorum urbium etiam magistratus et communem rem evangelicam et principes suos fortissime defenderent. Cujus rei e tempore belli Danici celeberrimum Magdeburgensium exemplum memoraverim, nec minus urbium Hassiae.

Alius etiam circuli principis mentionem facere nos oportet, Mauritii, Landgrafii Hassiae-Cassellariae[134]), cui non bona voluntas, sed potestas consiliorum suorum consequendorum deerat. Mauritium praeter studium rei

[134]) Rommel, Neuere Geschichte von Hessen. Lib. V. c. 9.

Digitized by Google

evangelicae ad bellicosa consilia id quoque impulit, quod in controversia de hereditate Marburgensi ejus adversarii a Caesare adjuvabantur. Inter eundem ordinesque landgrafiatus, quorum contradictiones violentis quidem sed irritis poenis superare contendebat, perpetuo summa erat simultas. M. Maj. a. 1623 frustra tentaverat impedire, quominus Tillyi milites per fines suos transirent, quibus conaminibus respondens Tilly majorem civitatis partem occupavit, Landgrafii abbatiam Hersfeldam Caesari solum subjectam esse pronuntiavit, cum equitibus landgrafiatus agere coepit. Mauritius, ut personae suae periculum evitaret, terras suas reliquit, neque desiit a principibus Germaniae, ab Anglia, Gallia, Dania Ordinibusque Generalibus auxilium petere. Ab Ordinibus Generalibus a. 1625 thalerorum milia quadraginta accepit[135]). Conventui Lauenburgensi eundem adfuisse jam exposuimus; tum domum rediit atque m. Mart. a. 1626 concilium urbium convocavit, ubi se nunc fortitudini tertii tantum ordinis confidere dixit. Urbium auxilio exercitum comparavit, Caesar autem electorem Bavariae ac ducem Friedlandiae arma landgrafio eripere jussit. Tilly Mundenam oppidum fortissime defensum expugnavit, ordines landgrafiatus Caesaris nomine Gudensbergam, in urbem duo milia a capite civitatis distantem convocavit atque hoc caput obsidere coepit. Nunc tandem Mauritius se subjecit ac diploma fidei et obsequii erga Caesarem d. 9 m. Jul. a. 1626 subnotavit. Vix a Tillyo impetravit, ne ad regnum filio concedendum cogeretur, id quod brevi post sua sponte fecit.

[135]) Aitzema l. c. I. p. 357.

Digitized by Google

Cum principum Saxoniae inferioris res gestae fortibus, quae praecedebant, verbis non responderunt principis Transsilvaniae actiones similes exstiterunt, quas in prima hujus scripti parte solum attigi, quia ad discrimen actionum nullius erant momenti. Actionum cum eo initarum scripta plurima impressa sunt, partim jam eo tempore ab auctoribus catholicis, qui omnem actionem cum cliente et amico Turcarum patriae proditionem perhibebant. Quatenus autem Gabor nostrarum actionum particeps fuerit, e plurimis, quae exstant, actis diligenter perscrutari, nec ad cognitionem actionum, quarum ad discrimen illa societas nullum habebat momentum, nec ad aestimationem Bethlenii Gabori attinet, cujus turbulentae vitae haec societas minor modo pars exstitit. Qua de causa potiora tantum componam. Jactationibus magnaque, qua nihilominus utebatur, cautione factum est, ut apud Ordines Generales et in aulis Angliae et Daniae minima fide frueretur. Christianus IV cum eo agere diu prorsus recusabat[136]), Ordines Generales ejus propositiones saepe iteratas aspernabantur atque principis Mauritii sententia refertur, se semper quidem propositiones Bethlenii Gabori audire sed nunquam quidquam ab eo esse gestum, ita ut saepius dubitet, num Gabor omnino exstet[137]). Similia responsa Russdorff accepit, qui Londini id agitabat, ut princeps

---

[136]) Relatio Vossbergii ad regem Bohemiae d. d. 4/14 m. Jun. a. 1625. ap. Vreede, Inleiding etc. append. 17.

[137]) Aitzema l. c. I. p. 350. Cfr. ibid. et p. 549 relationes de aditu legatorum principis Transsilvaniae ad Ordines Generales m. Januar. et Mart. a. 1624 et Aug. a. 1626.

Digitized by Google

juvaretur. Suecia tantum et Brandenburgum Gaborum ad foedus adducere studebant.

Ad hanc aularum diffidentiam multum utique conferebat, quod Gabor m. Maj. a. 1624 pacem cum Caesare fecerat. Pactio autem modo confecta eum non prohibuit, quominus Angliae et Ordinibus Generalibus auxilium offerret atque ab iis peteret, ut vel subsidia vel copiae auxiliares sibi mitterentur.

Conventus Hagensis a Gustavo Adolpho petiit, ut exercitus sui partem in Transsilvaniam mitteret. A. 1626 subsidia principi promittebantur atque, cum exercitum jam comparasset et in Hungariam invasisset, d. 18 m. Septembr. Hagae Comitis foedus cum eo convenit, quo ei in quemque mensem thalerorum milia quadraginta promittebantur, quorum Anglia partem dimidiam, Dania atque Ordines Generales partes quaternas solverent. A Dania jam m. Mart. solutionem videtur accepisse[138]). Jam d. 30 m. Septembr. pedem retulit, nuntio pugnae Lutterensis ac Wallenstenii propinquitate perterritus. Qua de causa mirari non licet, nec foedus illud ab ulla civitate sancitum, nec subsidia soluta esse[139]).

Quod in fine hujus partis etiam de Ordinibus Generalibus verba faciam, hoc ideo tantum institui, ne quid omisisse videar, cum eorum rationes politicae hic aeque perspicuae et simplices sint ac res commodaque eorum. Ipsi Ordines Generales potentiam Hispaniensem acer-

[138]) The negociations of Sir Thomas Roe. p. 627.

[139]) Slange, Geschichte Christians IV. ed. Schlegel. III. p. 296. Khevenhüller IX. p. 1284. Foederis capita cfr. apud Aitzema. Vol. I. et apud Londorp. Vol. III.

Digitized by Google

rime impugnantes ubique fortes socios sibi conciliare hostique novos adversarios excitare contendebant. Primum indicium dissidii inter Angliam et Hispaniam ansam iis dedit ad viros rei publicae peritissimos Londinum mittendos[140]); etiam asperitas illa, qua Christianus IV in Ordinum legatos utebatur, eos non prohibuit, quominus regem tandem sibi conciliare perpetuo tentarent. Daniae Sueciaeque obtrectatio eosdem commovit, ut exercituum divisionem proponerent; cum Suecia cogeretur a foedere feriendo recedere, Christianum etiam solum adjuvare non dubitarunt. Per totum a. 1625 eorum legatos apud Christianum IV, in oppidis Hanseaticis et apud principes Saxoniae inferioris videmus. Etiam conventui Lauenburgensi eorum legatum adfuisse magnamque principum erga eum observantiam fuisse saepius memoratur. Quantumvis ipsis Ordinibus Generalibus a. 1625 omni vi et opera opus esset, ut urbes suas ab Hispanis defenderent, tamen regi Daniae jam auxiliati sunt, priusquam diuturnae actiones ad finem adducebantur. Jam d. 6 m. Octobr. foedus subsignatum est, quo Christiano IV in tres menses se militum milia tria missuros promiserunt. Ordines libentius pecuniam huic militum numero parem dedissent, quod cum sine consensu singularum provinciarum facere non possent, ad tempus quidem milites miserunt, atque provinciarum consensum adepti mense Decembri militum auxilium in pecuniam converterunt[141]). Belli Germanici gravitatem ac periculum ipsorum libertati imminens, si Germania

[140]) Aitzema l. c. I. p. 271.

[141]) Cfr. Aitzema, l. c. I. p. 468.

Digitized by Google

septentrionalis a Caesareanis subjiceretur, plane cognoscentes, tamen bellum in Hispaniam ipsam non neglexerunt. Ex usu eorum erat neque mirari licet, eos eodem tempore etiam Anglorum expeditionem in Hispaniam adjuvisse.

Digitized by Google

CAPUT III.

EFFECTUS ACTIONUM.

Actionum ordinem ac singularum civitatum consilia rationesque perscrutati nunc ad sancitum foedus vertimur facileque cognoscimus, rem ipsam jam dijudicatam fuisse, anteaquam legati convenerint. Angliae et Ordinum Generalium conditiones foedere Zuidt-Hamptoniaco statutae erant et subsidia, quae Christianus IV ab Anglia et ab Ordinibus Generalibus acciperet, constituta eorumque jam modus sancitus erat ratione a rege Christiano cum Anstruthero d. 9 m. Jul. computata atque foedere inter Daniam et Ordines Generales d. 6 m. Octobr. facto. Alias civitates foederi accessuras esse sperari non jam poterat, cum aula Francogallica nullum se foedus subsignaturam dixisset ac Suecia et Brandenburgum recessissent.

Legati d. 20 m. Novembr. Hagam Comitis convenerunt, ab Anglia tres, a Dania duo, ab Ordinibus Generalibus septem missi[142]). Quo in conventu res Sue-

[142]) Legatorum auctoritates et testimonia apud Dumont, corps diplomatique. V, 1. p. 482.

Digitized by Google

cicas observare Gustavus Adolphus Ruthgersium legatum Hagae Comitis residentem jusserat, qui cum subito mortuus esset, nullus Sueciae legatus conventui adfuit. Electoris Brandenburgensis legatum adfuisse nusquam memoratum reperi[143]).

Foedus d. 9 m. Decembr. subscriptum in duas partes divisum est: in foedus ipsum et quinque articulos secretos[144]). In foedere comes Palatinus nullo verbo memoratur foederisque finis esse dicitur primo articulo: „restauratio ac conservatio libertatis jurium et statutorum imperii," quae verba generalia primo articulorum secretorum tantum ad restitutionem comitis Palatini referenda esse statuitur[145]). Foederis articulo se- art. secr. I.

[143]) Rufsdorff (consilia politica X) dicit, nec Sueciam nec electorem Brandenburgensem invitatum esse ad conventum, quare neuter princeps legatum miserit. Quod Sueciam attinet, Rufsdorff in errore versatur, nam Gustavus Adolphus legato Vofsbergio, hoc solum consilio ab Ordinibus Generalibus misso, invitatus est. Regem promisisse, se Ruthgersio potestatem facturum mandataque revera misisse tam Vofsbergii relationes (ap. Vreede, Inleiding etc. I. append. XVII) quam Oxenstiernae ad Camerarium datae epistolae d. d. 4 m. Septembr. et d. d. 10 m. Novembr. atque instructio Camerarii legati in Sueciam d. 8 m. Decembr. missi comprobant. Quod electorem Brandenburgensem attinet, nil quidem reperi de invitatione memoriae proditum, eam tamen omissam esse minus puto verisimile. Cfr. p. 72 sq.

[144]) Foederis verba exstant apud Dumont, Vol. V, 1, apud Aitzema, Vol. I, apud Londorp. Vol. III, sermone Francogallico, Latino et Hollandico. Secreti articuli apud Dumont et in „The negociations of Sir Thomas Roe" inveniuntur.

[145]) „Articles secrets. 1. Encores que messieurs les ambassadeurs et deputez, qui ont traicté, ont trouvé à propos de le

Digitized by Google

cundo Christianus ad exercitum militum milium XXXV vel XXXVIII contra Caesarem ducendum obligatur,
art. secr. IV. quo in numero quartus articulorum secretorum concedit, ut Mansfeldii copiae numerentur, neque omnino illa conditio severe explicetur, nisi de aliis etiam subsidiis conventum sit[146]). Foederis tertius et quartus articulus constituunt, ut Anglia in singulos menses regi Christiano Hamburgi libr. milia XXX solvat atque
art. secr. III. praeterea classe opituletur; secundum tertium articulorum secretorum regi Angliae e civibus suis copias auxi-

---

coucher en termes plus généraulx pour plusieurs respects et considérations, si est ce qu'il faut présupposer, que le Palatinat haut et bas avec toutes ses dignitez et dépendances doit être tenu pour compris expressement à ce que les confoederez soyent obligez d'en procurer et obtenir par toutes voyes possibles la restitution au prince électeur Palatin et à ses enfans, puis qu'on les en a dépossédez injustement. Et que lesdits conf. n'entreront point en aucun accord avec la contrepartie san y comprendre ledit seigneur électeur."

[146]) Foederis artic. II: „Que pour remedier aux maux susdits Sa M. de Dannemarck tiendra sur pied son armée et la grossira de 28 à 30000 soldats à pied et de 7 à 8000 à cheval."

Article secret 4: „Que l'armée du comte de Mansfelt tandis qu'elle demeurera conjoincte, ou en la disposition du roy de Dennemarc, comme elle est à présent, et s'entend devoir continuer jusques à une autre résolution prise par les confoederez, doit estre prise et mise en ligue de comte du nombre de gens, tant de cavallerie que d'infanterie, spécifié dans le 2 article du doit traicté, entendant que ladite article ne soit poynt durement interprété jusque à ce que les moyens seront augmentez par d'autres contributions, poynt encore spécifiés dans ledit traicté pour subvenir à l'entretenement de ladite armée de S. M. de Dennemarc."

Digitized by Google

liares mittere licet quarum stipendia usque ad militum milia septem de solutione debitorum subsidiorum detrahantur; altero articulo Anglia nulla debet subsidia, art. secr. II. simulac Dania rebus ab Anglia terra marive gestis plus adjuta sit quam promissa pecunia.

Ordinum Generalium subsidia ad florenorum milia quinquaginta (libr. milia quinque) constituuntur, id quod jam m. Octobri spectatum erat; praeterea (art. V): „si res ac fortuna eorum permitterent, ingentem equitum numerum educent, quo supra memoratos hostes distrahant.“

Gallia, Venetiae, Suecia, principes Sabaudiae et Transsilvaniae, imperii electores omnesque, quorum interesit, principes, ut foederi accedant, invitantur.

Praeterea articulorum secretorum quinto eae res art. secr. V. enumerantur, quae pro mercibus vetitis haberentur.

Foederis termini cum incertiores et nimis generales sint, summa eorum, quae Hagae Comitis constituta sunt, in articulis secretis sita est. Quo magis notabile videtur, Christianum IV articulorum secretorum modo primum et quintum subnotasse, ceteros autem singularibus cum Anglia actionibus sibi reservasse[147]). Quibus de actionibus postea habitis unum reperi, quod momentum habet: Camerarius d. 15/25 m. Septembr. a. 1626 scribit[148]), solutiones ab Anglia recusari, quia Dania articulos secretos nondum subsignaverit. Quod ut dijudicare possimus, id nobis considerandum est, quod de

[147]) The negociations of Sir Thomas Roe. p. 468.

[148]) Patriotisches Archiv. VI.

Digitized by Google

conditionibus exercitus Mansfeldii et de auxiliis ab Anglia regi Daniae praestitis cognitum habemus.

Mansfeldii potestatem scimus a solo rege Jacobo d. 7 m. Novembr. a. 1624 subsignatam esse, cum Gallia et nomen potestati subscribere et quodvis aliud officium scripto recipere recusaret. Hanc potestatem, qua omnes terrae Hispanienses exceptae erant, a Jacobo nec mutata nec revocata est. Jam m. Mart. a. 1625 Ordines Generales Jacobus adiri jussit, ut pecuniam Mansfeldio promissam mutuam darent[149]). Qua data occasione a rege petitur, ut militibus Mansfeldii ad Bredam obsidione liberandam adjuvare permittat, vel ut, ne ipse Hispaniam offendat, exercitum regis Bohemiae auctoritati subjiciat. Jacobus autem nulli potestatis mutationi assensit[150]). Cum regis morte potestas sublata esset, illius successorem et Ordinum Generalium legati et Russdorff adierunt, ut potestatem omisso illo interdicto, ne terrae Hispanienses oppugnentur, novaret ac sanciret. Carolus autem Mansfeldii exercitum cum exercitu Danico conjungere atque hoc modo subsidia Christiano regi solvenda deminuere constituit. Quod consilium cum

---

[149]) Capellen, Gedenkschriften I. p. 342. Rufsdorfii (mém. et nég. secr.) epistolae de m. Mart. et April. a. 1625.

[150]) Rufsdorff l. l. — Siri quidem (Mémorie Recondite V. p. 721) hoc interdictum jam m. Decembr. a. 1624 sublatum esse refert. Quod si verum esset, interdictum m. Decembr. a. 1624 sublatum, sed statim m. Januar. a. 1625 novatum esset, anteaquam Mansfeldius in foederatas provincias venit. Nam m. Februar. et Mart. a. 1625 usque ad mortem Jacobi I interdictum valuisse contentiones et actiones, quas supra memoravi, dilucide probant.

Digitized by Google

nec statim nec eo, quo tum exercitus erat, loco effici posset, legatus Anglicus apud Ordines Generales Mansfeldio ejusque militibus regis nomine dixit, potestatem quidem regis Jacobi esse exstinctam, praefectis vero et militibus esse obediendum comiti Mansfeldio in omnibus, quae ex usu Palatinatus esse censeret[151]).

Copiae Mansfeldii ineunte anno 1625 erant equitum in Gallia conductorum milia duo et quingenti, peditum in Britannia conductorum milia quattuordecim[152]). Calendis Februariis Mansfeldius cum peditatu Vliessingam contendit; Christianus junior Brunsvicensis cum equitatu naves conscendit, tempestate autem coorta magnus equitum numerus occidit. Utriusque ducis manus consociatae jam m. April. morbis ac deficientibus stipendiis ad militum milia septem redactae erant[153]) novisque conquisitionibus augebantur. M. Septembr. a. 1625 Christianus cum mille equitibus ad regem Daniae venit atque tum Wolffenbuttelam, in urbem suam patriam fratrisque caput, contendit. Mansfeldius m. Octobri cum

---

151) Apud Rufsdorff l. l. epistola d. d. 11/21 m. April. a. 1625: „Le Secrétaire Conway, comme il m'a dit, écrit maintenant au Sr. Carleton et déclare au nom de S. M. que cette commission spéciale étoit expirée avec la mort du feu Roi, et que les soldats et les officiers auroient à suivre les commandements du Comte de Mansfeld et qu'ils auroient a lui obéir en ce qu'il trouveroit expédient pour le bien du Palatinat."

152) Richelieu, mémoires. II. p. 457.

153) Capellen, Gedenkschriften. Ad m. April. a. 1625: „Syne Engelschen sind gemindert op 2500, syne Deutschen beloopen 3000 ende 1500 Franse paerden, utgesondert die geene, die hier te lande geworven synd."

Digitized by Google

militum milibus octo prope Lubeccam hiberna posuit[154]). Regis Daniae auctoritati et Christianum et Mansfeldium m. Januar. a. 1626 demum subjectos esse Slange refert, id quod secundum quartum articulorum secretorum Hagensium m. Decembr. a. 1625 jam factum erat; ceterum quin omnino subjecti sint, non dubitatur.

De solutionibus Anglicis quae narrantur inter se non congruunt. Tria actionum documenta nota sunt[155]): quorum primo ratio inter regem Christianum et Anstrutherum d. 9 m. Jul. a. 1625 computata continetur, qua Anstrutherus primum auxilium libr. milium quadraginta sex, quae statim Hamburgi solvenda sint atque in singulos menses libr. milium triginta promittit.

Alterum documentum inscriptum est: „Wie die Rechnung ſtehet zwiſchen Königl. May. in Groß-Britannien und dero Mayntt. zu Denemarken, von wegen dieſer Armee vom 5. Juli 1627; fänget aber an vom 29. May 1625[156])." Qua ratione Anstrutherus libr. milia tricena in quattuor et viginti menses computat ad libr. milia DCCXX atque addit: „Daruon ſollen zwey Monat bezahlt ſein mit

[154]) Slange, ed. Schlegel. Eundem militum numerum refert „Du Jarrys, Freiherr von La Roche, der dreiſsigjährige Krieg vom militairischen Standpunkte aus beleuchtet. III vol. Schaffhausen 1848." Vol. I.

[155]) Primum documentum apud Molbech l. c. No. 184 exstat, qui in annotatione alterius et tertii summaria et selecta capita exhibet. Alterum a Molbechio Roberti Anstrutheri „Original-Afregning" appellatur.

[156]) Hoc tempus menses viginti quattuor continet, cum tricenos binos dies in mensem numerandos esse foedere Hagensi constitutum erat.

Digitized by Google

60000 L.; So reſtiren noch 660000 Liu. Sterl. iſt 2 Million, 640000 Rthlr."

Tertium documentum inscriptum est: „Monnies disbursed by His Maj: command: to the King of Dennemark." Secundum hanc rationem Anstruthero m. Jun. a. 1625 libr. milia quadraginta sex, Decembr. ejusd. a. libr. milia triginta data sunt; m. April. a. 1627 pro duobus in Scotia conquisitis regimentis libr. milia quattuor ac aere numerato milia decem soluta sunt; praeterea pro militibus Anglicis apud exercitum Danicum inde a m. Mart. a. 1627 usque ad Jun. a. 1628 computantur: stipendia in XV menses, vectura aliique sumtus ad libr. milia CL, id quod eo modo, quo milites Danici alebantur, fere militum milibus quinque sufficit.

Hae rationes in eo conveniunt, quod Christianus a m. Decembr. a. 1625 usque ad Mart. a. 1627 nullum ab Anglia auxilium acceperit. Quod attinet pecunias a. 1625 solutas, quae altera ratione libr. milia LX, altera LXXVI dicuntur, major summa anteferenda est, quoniam primam solutionem libr. milium XXXXVI etiam Russdorff confirmat[157]). Praeterea una tantum solutio aere numerato in computatione Anglica nominatur, libr. milium decem m. April. a. 1627, neque usquam quidquam amplius solutum esse contenditur.

Quod vero ad copias auxiliares pertinet ab Anglia

[157]) Rufsdorff (mém. et nég. secrètes II) ad Oxenstiernam d. 23 m. Jul. a. 1625 scribit: „Robertus Anstrutherus ad Danum ante sextiduum discessit, magnam pecuniae summam quadringentorum sexaginta millium florenorum ad primos belli sumtus deferens."

Digitized by Google

missas, quae in Anstrutheri computatione originali non memorantur, eae ne Anglica quidem computatione omnes exhibentur. Accurate sane earum summa computari nequit. Christiani IV epistola[158]) m. Mart. a. 1627 militum Anglicorum 3500 advenisse dicuntur. Eandem autem militum missionem epistola[159]) de m. Maj. a. 1627 Isaak Wake, legatus Anglicus apud aulas Italiae septentrionalis, qui tum apud Venetos comitem Mathiam de Turris rei militari Danicae conciliare studebat, ex 2440 tantum militibus constitisse refert et addit, Anglorum milia quattuor naves jam conscendisse et Scotorum milia no-

---

[158]) Molbech l. c. No. 228 d. d. 27 m. Mart. a. 1627: „Morgan er meb Engelſte folck ankommen paa Elffuen och ſtall paa Weſſeren, bii er icke neer ſaa Sterck, ſom bii loffuit haffuer, menß kommer epther 3500 manb."

[159]) The negociations of Sir Thomas Roe p. 644: „Colonel Morgan hath the charge which this prince had in the army of the king, and doth command all the infantery. Hee did arriue with 2440 men onely, but they were braue men; and 4000 more of our nation are imbarqued to fill up his number. 9000 Scots are dayly expected in three regimens under the command of the earle of Nidisdal alias Lord Maxwell, a Kinsman of my lord of Buckingham."

Praeterea Conwaei epistola d. d. 23 m. Februar. a. 1626 (ibid. p. 622) quidam numeri afferuntur, sed ex his verbis perspici non potest, num milites revera ad regem Daniae venerint. „Wee are here raysing 3500 men to be presently sent awaie for recreuts, to make the foure regiments in his majesties pay in the Low-countries now going to the king of Denmarke, compleate. His majestie also gives leauwe for that king to raise 6000 men in Scotland and furnisheth money for the leavie out of the contribution due that king."

Digitized by Google

vem conscensura esse; num revera advenerint, hujus epistolae scriptor quidem non ait. Nonnulla autem regimenta Scotica, etiamsi accuratum eorum numerum non compertum habeamus, a parte Daniae pugnasse constat, nam a belli Danici scriptoribus saepius memorantur; quin etiam partem eorum jam auctumno a. 1626 advenisse pro certo haberi potest[160]).

Subsidia ab Anglia promissa — si cum stipendiis militum Danicorum comparantur — fere militum milibus XVIII sufficiunt. Sed a m. Decembr. a. 1625 usque ad auctumnum a. 1626 auxilia Anglica ex novem modo illis milibus sub Mansfeldio et Christiano juniore Brunsvicensi ducibus constabant, quorum post Mansfeldii cladem ac mortem paucissimi tantum restabant, cum Danico exercitu in Silesia se jungentes. Ab hoc demum tempore aliae copiarum auxiliarium missiones ab Anglia institutae sunt ac si maximos etiam militum numeros, qui afferuntur, pro rectis haberemus, hanc tamen summam, cum milites illo tempore magnopere et citissime minuerentur, bello procedente valde deminutam esse certum esset.

Ad secretos articulos quod spectat, regem Angliae eos circa exercitum Mansfeldii exsecutum esse inveni-

[160]) Libri, quem mihi parare non potui, Schlegel (annot. 351 ad historiam Christiani IV) titulos duarum editionum affert, prioris quidem: „Rob. Monro Colonells Expeditions with the Scots Mac-Reyes Regiment from the Aoust 1626 unto Sept. 1634. London 1637. fol.," alterius: „The Scotch military discipline by Major-General Monro. London 1644." Prioris editionis titulo indicatur unum saltem regimentum Scoticum jam m. Aug. a. 1626 vel appulisse ad Germaniam vel naves ascendisse.

Digitized by Google

mus; subsidia vero quod attinet, nec foederis conditiones, nec articulos secretos rex effecit. Cum articulis secretis milites, quorum stipendia — modo militum Danicorum numeranda — a subsidiis e foedere debitis subtrahantur, usque ad milia septem mitti permissum esset, praeter milites missos paene nulla praestita esse subsidia invenimus. Subsidia igitur e foedere debita quamvis non soluta esse constet, tamen dijudicare non possum, utrum inopia aulae Anglicae, an secreti articuli non subsignati in causa fuerint. Camerarii illa, quae memoravi, verba e m. Septembr. a. 1626 eo minoris sunt momenti, quia ex ipso hoc tempore primi ab Anglia missi sunt milites.

Subsidia ab Anglia promissa cum foederis res summa fuissent, factum est, ut Daniae, etiam a sociis Germanicis desertae, paene soli bellum sustinendum esset. Quantum discrimen inter primas illas actiones, quae universam Europam armari volebant contra minantem Austro-Hispaniensem potentiam, inter conatus omnium evangelicarum civitatum cum Germania septentrionali uniendarum interque rem tandem effectam. —

Digitized by Google

ARGUMENTUM.

	pag.
Praefatio	1
Cap. I. Actionum de liga evangelica ordo	5
„ II. Singularum civitatum consilia rationesque	37
„ III. Effectus actionum	86

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

by Google